A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

MIKROFILMTÁR



BUDAPEST

BIBLIOTHECA ACADEMIAE SCIENTIARUM HUNGARICAE

1959

FOTO: SZ. É.

MTA KÖNYVTÁRA
KÉZIRATTÁR

DISZMŰVEK 277.

NOTATA EX IOANNIS JONY COMMENTATIONE HISTORICO JURIDICA ORIGINES DE PROGRESSU IURIS HUNNO~ ~HUNGARICI.

KÉZIRAT, 1756. 2° 300 p.

272

A MAGY. TUDOMÁNYOS AKADÉMIA VIGYÁZÓ FERENC KÖNYVTÁRA. 1037

Notata ex Joannis Jony Commentatione Historico Juridica de Origine & Progressu Juris Hunno-Hungarici

Sectio I.a

De Jure Hunnorum, usque ad tempora professæ fidei Christianæ

§. 1.

Hunni ab ingressu in Pannoniam usque ad electionem S. Stephani Democratico Aristocraticam tenebant rempublicam, adeò ut ipsorum Duces non tam imperandi, quam administrandi polluerint potestate; utebanturque loco Juris Scripti peculiaribus Consvetudinibus. Trip. Par. 1.a et C. 3.

§. 2.

In more positum erat apud Hunnos, ut cum Communitas convocaretur, mucro sanguinis aspergine tinctus media Hunnorum per Habitacula Castraque deferreretur, uxorque subsequeretur Præconica dicens: Vox Dei & præceptum Communitatis universæ, ut unusquisque in tali loco (eundem designando) armatus, vel qualiter potest, compareat, Communitatis Consilium simul & Præceptum auditurus. Duravit hæc consvetudo usque ad S. Stephani Monarchicum Imperium.

§. 3.

Attila verò animum ad stabiliendum Legibus Regnum intendebat vel maxime. An vero tales Leges latas in Scriptum redegerint dubium est: constat tamen ex Matth. Belii Exercitatione de Litteratura Hunno Scythica Sectione 2.da & 3.tia Hunnos suum Alphabetum habuisse. Adhæc constat, habuisse Attilam Scribas, nimirum Aetium ex Galliis missum, & Rusticium bello captum. Secundum Priscum Rhetor.

Sectio II.da

De Legibus Hungarorum a tempore receptæ Religionis Christianæ usque ad Compilationem Decreti Tripartiti sub Uladislao II.do susceptam

§. 1.

Hungari recepta religione Christiana, honestas jam observarunt

Consve

Consvetudines, hinc Leges seu Jus quoddam Municipale sibi dumtaxat proprium statuerunt.

§. 2.

S. Stephanus Rex primus, Apostolicus, Anno Chr: 1035. praeclaras edidit Constitutiones tribus Libris comprehensas, & in Capitula dispersas, Fidei tamen Rudimenta magis, quam Litium fomenta complectentes. Primus quidem Liber ad Emericum Filium ejus Ducem directus. Secundus verò in Synodo Tholnensi promulgatus est.

§. 3.

Concilii & Synodi vocabulo usi sunt loco Dietae veteres, & mutuabant hanc vocem a Sacris Conventibus, qui pariter Concilia nominabantur. Hujus S. Stephani Regis Privilegia servantur, si quae usquam reperiantur.

§. 4.

Petrus Alemannus Successor S. Stephani e Sorore ejus Gysela et Burgundiorum Duce Guilielmo natus, una cum ejus Successore Aba Leges per S. Stephanum conditas, abrogarunt, & pro Lubitu suo novas condiderunt, Paganam vicissim inducentes Religionem. Unde & horum Privilegia non servantur. Andreas tamen 1mus regio Diademate redimitus severè restituit in integrum S. Stephani jam sepultas Leges. In hoc pium institutum Andreae I. etiam Successor ejus Bela 1mus pedibus transivit, nam hic non solum S. Stephani Leges confirmabat, verum etiam suis auxit, rem Monetariam aureos nimirum Byzantinos pretium 40. Argenteorum adaequantes instituit, rebusque Venalibus pretia tulit, & Libram Ponderationemque omnifariam induxit. Et haec erit solummodo ratio, cur hujus Belae 1ri Leges sint abrogatae? quod nimirum hae solummodo rem mercatoriam respexerint, & rerum venalium pretia limitaverint. Hujus Privilegia servantur.

§. 5.

Bela 1mus Successor Salamon Andreae Regis filius condiderat eadem Leges quae tamen nulla firmitate munitae in irritum transierunt, eo quod triplicatus ejusdem Coronationis Actus quasi monstrosum quid a legitima Regum Inauguratione toto Coelo discreparet. Nec ulla ejus Privilegia servantur.

§. 6.

Persa I. ob brevitatem Regiminis nullas Leges reliquit, ejus tamen Privilegia servantur.

§. 7.

Successor ejus Ladislaus I. Pius, pias & justas condiderat Leges, & ad imitationem S. Stephani I. in tres pariter Libros sub nonnullis Capitulis dispositas constituit. Quae tamen vel maximè religionem respiciunt imprimis verò Liber primus, in Libro secundo & Tertio jam etiam Leges Civiles imprimis de Furtis ejusdemque Poenis immixtae sunt; magna enim tum temporis Furum copia in Hungariam irrepsit, & proindè rigorosius etiam puniri debuerant, adeo, ut qui supra unius Gallinae pretium furatus est, licet Principi proximus fuerit, suspenderetur.

§. 8.

Quod igitur hae Leges se ad forensia, & Civilia Negotia non extenderint, ratio haec fuit:

1mo Quod Juri Canonico locus dabatur

2do Quod Jure adhuc naturae uterentur

3tio Quod ipsa voluntas Regis certis in Casibus pro ipsa lege haberet

4to Quod etiam sanae rationis intelligentia accesserit.

Hujus S. Ladislai I. Privilegia omnia servantur.

§. 9.

Colomannus Successor Ladislai curavit legalem S. Stephani Regis textum in Concilio Vercelino Anno 1053. perlegi, renovavitque eum, & additis Sanctionibus certis Inscriptionibus inclusis, auxit, verum et hae statum Ecclesiasticum magis respexerunt. Hujus Privilegia observantur.

Notandum, quod hic Colomannus primus fuerit, qui Dei Gratia Regem se scripserit, quod & Archi-Episcopus Strigoniensis fecerat, cum apud Antecessores ejus, haec observaretur Clausula: Divina favente Clementia &c.

§. 10.

Stephanus IIdus qui successit Colomanno, uti Regno parum salutaris fuit, ita nec augmentatione Legum posteritati se commendavit. Ejus Privilegia servantur.

§. 11.

Andreas IIdus Hyerosolimitanus altero anno post felicem ab expeditione Hyerosolimitana reditum & quidem 1222. egregiarum ac fundamentalium Regni Legum fundator sanctorque fuit imprimis vero stabilivit Libertates, & Praerogativas Nobilitares, adeò ut prius quam subsequenti tempore quis Regum coronaretur, jurare debuerit, se hasce Leges observaturum, quod & hodie adhibitis tamen quibusdam Cautionibus. Et hoc ipso ejus observantur Privilegia.

§. 12.

Antecessores ejus post Stephanum II. Bela nimirum II. Geiza II. Stephanus III. Quorum Privilegia servantur. Ladislaus II. Stepha

phanus IV. Quorum Privilegia non servantur; Bela III. Emericus. Quorum valida sunt Privilegia, si quæ extarent, servarentur: Successoresque ejus Bela IV. Stephanus V. Ladislaus IV. Quorum Privilegia observantur, Andreas III. Venceslaus, Interrex & Otto Dux Bavariæ. Quorum Privilegia non servantur; nullis Legibus ornabant Hungariam.

§ 13.

Et quamvis Carolus, filius Caroli Martelli nullas Leges condiderat, excepto uno Decreto Camerali Anno 1342. in Festo Purificationis D. Virginis Vissegradini emanato, nihilominus tamen Justitiæ curam gerebat, adeo ut ex Gallijs planè Processum Judiciarium in Causis inchoandis, prosequendis, discutiendis, & terminandis adferri curaverit, cujus usus ad hæc usque tempora inviolatus extitit. Ejus Privilegia sunt valida.

§ 14.

Ludovicus I. non solum Leges per Andream latas acceptavit, approbavit, & confirmavit verum etiam suis jam plenius ad forensia Negotia extensis Sanctionibus auxit. Hujus Privilegia ab Aō 1364 valent.

§ 15.

Sigismundus Imperator Romanorum Sextuplicia edidit Decreta, e quibus I. Anno 1404 feriâ tertiâ proximâ post Dominicam Invocavit, Budæ; II & III. Anno mox subsecuto 1405. IV. Anno 1411. V. in Festo Georgii Martyris Anno 1434. VI. denique Anno 1435. Festo Gregorii Pontificis Budæ. Verum Litteræ & Privilegia ejus ante 1406. edita non servantur.

§ 16.

Albertus quoque non contemnendum sancivit Decretum: ejusque Privilegia servantur.

§ 17.

Cum Uladislaus I. Polonus ad Varnam cæsus fuisset, ne Regno Principe destituto, res exinde publica convelleretur; Status & Ordines indicto Annō 1446. generali Conventu Articulos concluserunt, quibus etiam rigorosum illud Juramentum ab eorum electo Gubernatore Joanne Corvino præstitum insertum est.

§ 18.

Ladislaus Posthumus habitis Anno 1454. in Festo Conversionis Divi Pauli Apostoli Conventibus Budæ utiles, & summe necessarias illo tempore Leges unico Decreto contentas promulgavit. Privilegia ejus ab Anno 1453. valida sunt.

§ 19.

Absente adhuc Matthiæ I. Rege Michael Szylagyi de Horoszegh in quinquennali Regni Gubernatione Decretum edidit Aō 1458. in Conventu Pesthini celebrato

§ 20.

Matthias I. Corvinus clarissimus & fortissimus Rex, invictæ Virtutis Heros, & Justitiæ Cultor intentissimus, extra quinque minora Decreta, quorum primum Aō 1462. in generali Congregatione ante ejus adhuc Coronationem edidit. Quod deinde occasione Coronationis ejus Aō 1464. secundum excepit. Tertium Anno 1471. feria quarta ante Festum Matthæi Apostoli in Conventu Budensi. Quartum post reditum ejus a Bello Austriaco, quod Aō 1478. contigit, in Dominica Quasimodogeniti pariter Budæ. Quintum denique Aō 1481. itidem Budæ in Festo Divisionis Apostolorum, adjectis hic etiam Articulis Diætæ Anni 1485. qua Comes Emericus de Zapolya in Palatinatus dignitatem evectus est; extra inquam hæc quinque minora Decreta sextum etiam in Conventu Budam ad Calendas Januarias Aō 1486. indicto condidit. Privilegia ejus a tempore Coronationis valent.

Notanda hic Historia venit receptionis & observantiæ Legum Justineanarum in Hungaria. Nimirum cum Beatricem Neapolitani Regis Ferdinandi filiam Matthias Rex in Matrimonium accepisset, eamque Aō 1476. in Hungariam adduxisset, comitati sunt eundem intra reliquos celebres aliquot & Clari Juris Doctores ex Consilio Regio, qui cum Soepius præsente Rege honorificam Legum Justiniani mentionem facerent, persvaserunt ei, ut disciplinas set Exercitium illarum in suas Provincias reciperet; quod & Matthias fecit, & sic Jus Romanum tunc temporis in Hungariam receptum est.

§ 21.

Uladislaus II. Rex Bohemorum Casimiri Poloniæ Regis filius Successor Matthiæ, in ipso Juris scribendi studio & labore non vulgarem Justitiæ amorem indicante, majorem Matthia laudem videtur mereri. Sanxitque Leges septem Decretis comprehensas: quorum primum, quod majus audit Aō 1492. Budæ sancitum est, secundum Aō 1495. iterum Budæ in Diæta pro Festo B. Georgij, Tertium Budæ etiam Aō 1498. quo Libertates Nobilita

litares confirmantur. Quartum Aõ 1500. in Campo Rakos ad Festum B. Georgij. Quintum Aõ 1504. inde in Campo Rakos Sextum Aõ 1507. in jam dicto Campo Rakos Septimum denique Aõ 1514. rursus Budæ Die 19. Nov. produit. Privilegia ejus omnia servantur.

§ 22.

Sub hoc Uladislao II. Stephanus Vorbötzius Personalis Præsentiæ Regiæ Locumtenens, suum Tripartitum Decretum conscripsit, quod & occasione Conventus Regni Generalis Aõ 1514. Budæ Regi præsentatum, & ab ipso approbatum, confirmatum Sigillo roboratum & Lege lata publicatum est, ab ipso vero Vorbötzio e vita discesso jam Uladislao annum 1521. publicis typis mandatum. Huic Decreto Tripartito accesserunt quædam adhuc articulares Leges, quibus Doctrinæ Tripartitales partim explicatæ, modificatæ, imo & abrogatæ sunt, partim etiam vis & authoritas Tripartiti allegata & stabilita.

§ 23.

Hocce itaque Tripartitum in tres partes dividitur, cujus Prima Pars de Personis, secunda verò & tertia de rerum ac Causarum processibus agit. His partibus præmisit Author Prologum qui generalia Juris principia de Justitia nimirum & Jure tradit.

§ 24.

Tripartitum hoc Vorbötzij ex tribus fundamentis constat. I.mo Ex Constitutionibus & Decretis publicis II.do Ex Principum Privilegijs. III.tio Ex Judicum Ordinariorum Regni Sententiis.

§ 25.

Hocce Opus Tripartitum & Germanice & Hungarice extat, Germanice quidem Authore Augustino Wagnero Wilseccensi J. U. Candidato & J. Reipubl. Posonl. Hungl. Causarum Directori ad Mandatum Mattha. II. Reg. Hungl. & Imper. Viennæ in fol. minori Aõ 1599. sub Titulo Decretum oder Tripartitum Opus der Lands Rechte, und gewohnheiten des Hochlöbl. Königs Reich Ungarn. Hungarice vero authore Blasio Vorös J. Comitatus Bihariensis Jur. Not. Caspar Helthay Sen. natu Calcographus, Claudiopolitanus, Joannes Laskay in Alba Julia Transylvaniæ vetustissima Urbe Capellanus, & tandem Aõ 1611 Caspar Helthay Jun. qui illam versionem Anno 1660

Leut-

Leutschoviæ publica luce donavit in quarto adjunctam textui Latino.

§ 26.

In illustrando hocce Tripartito Vorbötziano operam navarunt: Magister Joannes Kitonichius de Kostanicza Director Causarum Regalium Sacræque Coronæ Fiscalis, duplexque Scriptum edidit hanc in rem: Primum est Directio Methodica Processus Judiciarii Juris Consvetudinarij J. Regni Hungariæ absolviturque XII. Capitibus, quæ vicissim in certas quæstiones distribuuntur. Secundum ejus Scriptum est, Centuria Contrarietatum & Dubietatum e Tripartito desumptarum & resolutarum

§ 27.

Joannes Decius Barovius Transylvanus Sytagma Juris Imperialis sive Justinianei & Hungarici edidit Claudopoli Transylvanorum Aõ 1590. in 4to quatuor Partibus absolutum. Cui Operi præmisit Tabellas Bagogicas, quibus totam Tractationem primo intuitu Legentibus proponit. In fine verò Operis Juris Regularum & Sententiarum Centurias VI. adjecit, quas in certas rursus Decades digessit.

§ 28.

Bernhardus Bakschay condam Joannis de Zapolya Consiliarius & JCtus Excellens, ad Tripartitum Opus eruditum Commentarium concinnavit. Cujus tamen Editio incerta.

§ 29.

Inter Epitomatores Tripartiti eminet Stephanus Aszalay Vice Judex Curiæ Regiæ, scripsitque Indicem s. Compendium Tripartiti, & Generalium R. H. Decretorum Ordine Alphabetico digestum in 4to Sumptibus Georgij Erdödy Tavernicorum Regalium Magistri 1694. prius 1650. Tyrnaviæ.

§ 30.

Cynosuram Jurisperitorum fertur scripsisse C. Franciscum Nadásdy usque ad Annum 1681.

§ 31.

Sambucus tradit: Rev. Nicolaum Thelegdium Quinque Ecclesiensem Judicem, seu Enchiridion omnium Decretorum & Constitutionum Hungaricarum, usque ad Annum 1579. scripsisse, quod primò Viennæ 1581. in fol. Deinde Leutschoviæ Aõ 1660. editum. In fronte hujus Tractatus verò præmisit Chronologicam omnium Decretorum & Articulorum dispositionem ad Annum

usque

usque Millesimum Quingentesimum Decimum Octavum.

§ 32.

Joannes quoque Oltolicsanyi compendium Decreti Tripartitici legalo sermone composuit. Cui addenda Dn. Sebastianus Dobrentei Sopron. Scriptor Archivarius Archonomica Decreti Tripartiti

§ 33.

Mich. Nyéró Causarum Patronus scripsit Jurisprudentiam e Jure Hungarico Collectam IV. Libris complectam, Liberque I.mus agit de Jure in genere, 2.dus de Personis & Rebus, 3.tius de Processu Causarum 4.tus de Fisco & Praedialibus.

§ 34.

Similem Operaeum Juris Hungarici consignavit Stephanus Werbőczi I. Comitatûs Tolnensis, Dorsodiensis, & Zarnensis Juratus coram Notarius. Ad hoc Paulus Bredeczky Cnus confecit Directionem Processualem circa Causas in Comitatibus, & coram illorum Judicibus, & Sede Dominali ventilandas.

§ 35.

Andreas Székely Patronus Causarum edidit Processum Judiciarium Ao 1696. die 2.a Januarij in Pago Hundorf Comitii Sempsiensis adjacenti duabus Partibus constantem. Item Dominus Andreas Szirmay de Szirma Descriptus Cnus consignavit Compendium Tripartiti

§ 36.

Ex Collatoribus Juris Tripartitici celebres sunt Joannes Baptista Szentiványi Ord. Praed. S. Th. D. qui Collationem Jur. Rom. & Hungarici quoad prima Juris principia edidit Argentorati Ao 1691. in 8.o & Franciscus Tory Archidiaconus qui Experimentum Reducendi Jura Hungarici ad suos Fontes, & Collationem Hungarici Juris Hungarici cum Jure Rom. & Hungarici in certis Exemplis Tyrnav. Ao 1699. in 12.o perfecit. Huc accessit quoque Joannis Tony Dissertatio de Usu & Auctoritate Jur. Can. & Rom. in Regno Hungariae circa Doctrinam de Parcia Potestate Ao 1717. Semestri 4.o

Sectio III.tia

De Jure Hungarico a temporibus Compilationis Decreti Tripartiti sub Uladislao II.o usque ad Augustissimum Romanorum Imperatorem Carolum VI.

§ 1.

Ludovicus II. Uladislai II. filius & Successor VII. Decreta edidit 1.mus Anno 1518. in Festo Jacobi Dolna in Dieta II. eodem Anno Festo Nic.

Nic. Sacris Dacsica. III.tia eidem in Convencu Dacsica Ao 1519. IV.ta Ao 1521. die 23.a Novembris in Comitiis Budensibus. V.ta die 24.a April Ao 1523. cursus Budae. VI.ta in campo Rákos Ao 1525. tempore Dietae in Festo B. Mariae V. VII.ma Stephano Statuan Festo Nativitatis B. Joannis Baptistae Ao eodem 1525. Privilegia ejus servantur.

§ 2.

Successit Ludovico II. ejus Affinis Ferdinandus I.mus qui Hungariam cum Austria conjunxit, & Jagnae Annam Filiam Uladislai II.di Ludovici II.di Sororem in Matrimonio. Hic 21. Decr. eligitur. In I.m continentur Arct. Budenses Anni 1527. statim post Coronationem editi. In II.do eidem Arct. Budenses 1528. In III.tio Arct. Cassovienses 1536. In IV.to Arct. cursus Posonienses pro Festo Conversionis S. Pauli Ao 1507. conditi. In V.to Arct. Novisolienses Anno 1542. In VI.to Arct. Posonienses eosdem Anni, pro Festo omnium Sanctorum. In VII.mo Arct. decimo Novisolienso Anno 1543. in Festo S. Elisabethae. Pragae 1544. confirmati. In VIII.vo Arct. Tyrnavienses Anni 1545. In IX.no Arct. Posonienses Anno 1546. Die penultima Aprilis Februarij. In X.mo Arct. Tyrnavienses Anno 1547. Sanctae Anno 1548. die 22.da Februar Augustae Vindelicorum confirmati. In XI.mo Arct. Posonienses Ao 1548. die 22.da Novembris, editi. In XII.do Arct. pariter Posonienses Ao 1550. die 13.a Februar In XIII.tio Arct. Posonienses Anno 1552.da die 26.a Maij. In XIV.to Arct. Sopronienses Anno 1553. die 19.a Maji. In XV.to Decreto comprehenduntur Arct. Posonienses Anni 1559. die 12.a Aprilis. In XVI.to Arct. Posonienses Anni 1555. Augustae Vindelicorum confirmati. In XVII.mo Arct. item Posonienses Anni 1556. die 25.a January. In XVIII.vo Arct. Posonienses Anni 1557. die 3.a July. In XIX.no Arct. vicesimo Posonienses Anno 1559. editi die 10.a Maij Augustae vero Vindelicorum confirmati. XX.mo ejus Decretum prodiit Viennae Anno 1560. die 10.a Aprilis. In XXI.mo Arct. Posonienses Anni 1563. die 13.a Novembris. Hujus Regio Litteras & Privilegia aliqua valent in Judicio aliqua non.

§ 3.

Maximilianus II.dus Successor Ferdinandi I.mi Septem Decreta reliquit, quae I.mus Anni 1563. die 2 Maij Augustae Vindelicorum II.dus Anni 1567. die 27.a July Posonij confirmatum. III. Posoniense Anno 1569. die 20.a Octobr. IV.tum Viennae Anni 1572. &

27 Aprilis V.tum Iterum Posoniense Anni ejusdem die 15.a Octobris VI.tum Viennense Anni 1574. die 4.ta Aprilis. VII. Pariter Viennense 1576. die 22.a Februarij. Privilegia ejus servantur.

§ 4.

Hujus Successor Rudolphus II.dus quindecim reliquit Decreta, prodiitque 1.um Posonii Anno 1578. die 13.a Aprilis 2.dum Posonii Anno 1582. die 19.a Februarij 3.tum Posonii 1583. die 28.a Aprilis 4.tum Posonii Anno 1587 Pragae Anno 1588. die 28.a Februarij confirmatum. 5.tum Posonii, confirmatumque Pragae 1593. die 20.a Martij. 6.tum Posonii Anno 1595. die 10.a Januarij Pragae 15. Martij confirmatum. 7.tum Posonij Anno 1596 die 15.a Januarij confirmatum 26.a Martij Pragae. 8.tum Posonij ad Festum Purificationis B. Virginis Mariae 1597. die 6.a May confirmatum. 9.tum Itidem Posonii 1598. in Festo Conversionis Pauli. 10. Posonii pariter 1599. die 3.ta Aprilis 11.tum Posonii in Festo Purificationis B. Virginis Mariae die 5.ta Aprilis Anno 1600. confirmatum 12.tum Eodem Loco & Festo Anno 1601. die 15.a Aprilis Pragae subscriptum. 13.tum Eodem Loco Posonii 1602. in Festo Petri confirmatum Pragae 20.a Aprilis. 14.tum Posonii 1603. die 4.a Februar. eodem Loco 15.a Aprilis confirmatum, & denique 15.tum Pariter Posonii Anno 1603. die 3.tia Februarij confirmatum Pragae die 1.a Maji 1604. Privilegia ejus a tempore Coronationis, quemadmodum aliorum Regum servantur.

§ 5.

Matthias II.dus Successor prioris quatuor Decreta condidit, emanavitque 1.um Posonii Anno 1608. die 6.a Decembris. 2.dum Posonii 1609 die 1.a Novembris confirmatum 23.ta Jan. 1610. 3.tum Posonii 1613. die 24.a Februar. confirmatum Viennae die 25.a Aprilis 4.tum quoque Posonii Anno 1618. die 4.a Martij. Privilegia ejus servantur.

§ 6.

Ferdinandus II.dus quatuor Decreta reliquit Primum prodiit Sopronii Anno 1622. die 1.a May confirmatum Viennae die 18.a Aug. Secundum Sopronii 1625. confirmatum 20.a Decembr. Viennae. Tertium Posonii 1630. sub initium May confirmatum 24.a Ejusdem. Quartum Anno 1634. in Festo Andreae, Sopronii, confirmatum die 15.a Febr. 1635. Privilegia ejus servantur.

§ 7.

Ferdinandus III. aeque quatuor Decreta consignavit. 1.um Anno 163[illegible] die 21.a Septembris, confirmatum 1638. die 26.a Martij utrumque Posonii accidit 11.um Posonii Anno 1647. sub initium May [illegible]

Junij confirmatum. III.tum Anno 1649. die 25.a Januarij Posonii die 3.ta Julij in Arce confirmatum, ac denique IV.tum Anno 1655. die 3.ta Julij in Arce Posoniensi. Privilegia ejus servantur.

§ 8.

Ferdinandus IV. Princeps maximae Expectationis ob praematuram mortem, quae vivente adhuc Patre Viennae 1654 accidit, nulla reliquit Decreta.

§ 9.

Leopoldus Magnus quatuor Decreta edidit, subscripsitque 1.um in Arce Posonii Anno 1659. die 4.a Decembris. 2.dum Posonii Anno 1662 initio May confirmatum die 19.a Septembr. Anno eodem. 3.tum Sopronii Anno 1681. die 30.a Decembr. 4.tum Anno 1687. Posonii pro Festo S. Lucae Evangel. Privilegia ejus servantur.

§ 10.

Josephus Filius Leopoldi indixit quidem pro die 29.a Februar. Anni 1708. Diaetam in qua etiam mox Diaetales Tractatus in Articulos redigi debuissent: verum intervenit morbus Contagionis, qui totum distulit Negotium interea vero temporis Rex etiam citra spem omnem diem obiit supremum. Anno demum 1712. & 1714. reassumpti & determinati.

Sectio IV.

De Juribus Hungariae eorundemque felicissima reformatione sub Carolo VI. Rom. Hungariae autem III.

§ 1.

Carolus VI.tus occasione Diaetae Posonii Articulos 1714. conclusos, Anno 1715. die 10. Junij in Castro Laxenburg manu ratificavit Regia. Adhaec indixit Comitia 1722. die 20. Junij, quorum occasione conclusos Articulos Anno sequente 1723. confirmavit.

§ 2.

Hic Carolus VI.tus restrictam Tabulam Regiam Anno 1723. cum plenaria judicandi facultate confirmavit. Tabulam quoque Banalem Croatiae & Schlavoniae pari ratione celebrandam praecepit, & Judicium Regium Septem-Virale Octo Viris ex statu Praelatorum, Magnatum, Nobilium adauxit; abrogato Processu Magistrorum Protonotariorum in Partibus Tabulas subalternas in quatuor Regni Districtibus, quae hinc etiam Districtuales vocantur, assignato illis tempore, modo, authoritate, Locove idoneo, erexit, Inde Archivum Regni universale Posonii in Domo Regnicolarum, nominato Archivi Conservatore ordinavit; Majoratus item Institutionem conces-

sit

sie; Processibus antezugalibus Mercatorum intrum conveniendorem prescripsit, Intercessoribus, Decretoribus, Suppressoribus & Violatoribus, Literarum Missilium, poenam conventionem statuit; Tricesimatorum, Telonia eorumque Collectores strictis coercuit Legibus; Filiorum Patrio Educationem serio praecepit. Adhaec Consilium etiam Regium Locumtenentiale Praesidi Palatino, cum 22. Consiliariis et Statu Praelatorum, Magnatum, Nobilium ordinarie. Jus Hereditarium Successionis atroqui jam sexui Masculino proprium, et juxta Domus Austriacae in sexum etiam femininum extenuit.

§. 3.

Quamvis Florissimae Memoriae Imperator & Rex Carolus VI. in animo habuerit & jam in Dieta Anni 1713. propositum formare Systema Juridicum in effectum non deduxerit; attamen in Dieta, quae in Diem 17ma Maij Anni 1728. indicebatur, praeter Articulos Statum publicum Politicum videlicet Oeconomicum & Militarem concernentes salubertimas etiam rem Juridicam respicientes Leges condidit: Primo: De modo Procuratorem & Plenipotentiarium per eos, qui ex regno Regnum exercerent constituendi; Quomodo Testimonium Ignorabilis contra Nobilem, Servi pro & contra Dominum admittendum, et quomodo & in quibus Casibus Submissio vel adjudicatio Juramenti obtinenda veniat, Quae Causae extra Dominium deferentur; Quatenus Causae a Sententia V. Comitum, vel Judicium ad Sedriam Comitatus intra vel extra Dominium transmitti debeant; Quae Causae non appellabiles. De modo Transmissionis Causarum in & ex Regno Dalmatiae Croatiae, Sclavoniae; Ne Causam appellans, & in Foro superatus serio succumbens ad expendendos Partem triumphantem sumptus & negotium per eandem frustra obligetur. Constituit ad haec etiam Judicia remedia, videlicet: Regulationem, Oppositionem adversus Judiciarias Sententias & Bonorum judiciaditer executorum Occupationem, Prohibitam, Procuratorio revocationem, Depositionem Causae. Item definivit Judicatum Comitatensem, Praescriptionem 32. Annorum, in Domos Nobilitaribus, etiam quod actiones Debita, si intra 32. Annos non fuerint inventae, Praescriptionem incurrant. Definivit denique Processum Impensionalem, modum & Processum Invagationis, & abactionis Pecorum; & Observationem Causarum Servici.

§ 4.

Maria Theresia Regina Noster Clementissima indicta Dieta Anno 1741. Politicas solum propter bellorum discursia non Juridicas tulit Leges, excepta Sublatione Neo-acquisticiorum, ubi Causantes ad ordinariam Juris viam sunt relegati. Qua ratione occasione Dietae Anni 1751. nullae Leges Juridicae, quamvis elaborari coeptae sint, propter alia urgentissima Negotia emanarunt, verum solummodo Politicae. Tuto ergo Juridicarum Legum Confectio in futura tempora dilata est.

§. 5.

Ex his itaque Legum Serenissimorum Decretis & Constitutionibus recentiori addito etiam opere Tripartito Verbocziano Jus Juris Hungarici confectum est.

§. 6.

Quod Ex Leges Latina non Nativa Hungarica Lingua conscriptae sint, haec putant esse rationem: Quod primi Leges in Aula adpropagandam Religionem Christianam Viros Ecclesiasticos Romanos habuerint, per quos dum Latina Lingua pene gnari fuerint Decreta sua etiam Latino Idiomate consignari curarunt; quod Exemplum & Religiosi sunt secuti. Secundo: Quod S. Stephanus id statim mitio ad mutationem Legum Romanarum hac Lingua exercitium, facere voluerit.

Sectio V^ta

De peculiaribus Hungariae Juribus

§ 1.

Jus Tavernicale nomen accepit ab ipso Tavernicorum Regalium Magistro, qui Appellationes Regiarum Liberarum quo Civitatum de antiqua Consuetudine Jurisdictioni Suae subjectarum videre, terminare que conoverit.

§ 2.

Jus Tavernicale eos peculiaris Lex Liberarum Regiarum Tavernicalium que Regni Civitatum, quae Appellationes e Scabinis ipsarum Judiciariis suo modo provocatae, per Magistrum Tavernicorum vel hujus gerentem, addictis etiam quibusdam Senatoribus eorundem Civitatum Juramentum juxta juxandi Religione obstricto revidentem & dijudicantur.

§ 3.

Jus Tavernicale multis jam annis ante occupatam per Turcas Budam, ubi Clarissimum Judicium Tavernicalium Domicilium erat, periit, verum in hac Turcarum occupatione magnam jacturam pati debuit; & solummodo a Leopoldo M. Anno 1686.

Ire

die 2a Septembris una cum Civitate recuperatum. Deus domum ex
Ligurias Magnificum Joannem Dux de Lodi Magister Taverni corum
Regalium, de proximo interimit, Laudando Studio collegit.

§ 4.

Accepit Georgius Orlody de Mongyoros Archi Magister Taverni
corum Regalium Edictis Anno 1694. cum Indice Decretalium ex
tra Septem Uladislaianis Privilegiatis libros Articulo 91. adhuc
Articulos Tavernicalis Juris Tripartiti in 1a

§ 5.

Jus Civile seu Civicum, quod omnia Statuta & Consuetudines Mu
nicipales Regiarum & Liberarum Regni Civitatum, Oppidorumque
corumve Privilegiatorum Jus Stadii habentium comprehendit,
una cum Civicatibus eorundem coepit.

§ 6.

Jus Civile non una eademque ratione in omnibus Civitatibus us
tatur, sed pro dignitate cujusque Libere Civitatis & diversitate Civium.

§ 7

Gratis Criminalis a Jurium Calentissimo Viro concinnata, ac
Provinciis Austriacis communicata fuerat, postea vero a Fer
dinando III. Imper. Anno 1656. die 30a Decembris in Germa con
stitutionis idiomate germanico publicata, ac tandem cum explana
tione nonnullorum Articulorum Anno 1686. die 7a Aprilis per
Leopoldum denuo repetita & promulgata.

§ 8.

Comitatus habent super Agrorum, Graarum, Sylvarum, & Fe
diorum Custodia, molendinorumque Provisione, & circa observ
ationem Processuum & Terminorum Judiciariorum constitu
ere potest. Hujus vero data facultatis & Statuti Origo ab i
psis Comitatuum Incunabulis deduci potest.

§ 9.

Opificum Collegia etiam Statuta condendi Libertate gaudent,
quae tamen Speciatim Regio Consensu roborari debent Part III. q. 2

§ 10.

Jus Montanisticum sive Metallorum Civitates Regio Monta
nae caeteraque Civitates & Oppida Montana in Cautio circa ea
Metallica & Illarum fodinas occurrentibus observare consuev
erunt.

§ 11

Jus Montanisticum olim mere tantum Consuetudinibus con
ne

nebatur, quod tamen succedente temporum in certos Articulos redige
runt, ac taliter loco Regio Scripta inscripsarunt; verum Maximi Leopo
li 1a Anno 1573. non solum Constitutionem Montanam vulgo Maxim
lianam seu Ordinung dictam 40. Articulis constantem compila
vit, & promulgari curavit, verum verumvero quoque illos Articulos
in suo vigore relinquendo, duplicem insuper illorum explanationem
Ordini Constitutioni adjecit.

§ 12.

Jus Militare consistit in Regulamento, cujus Systema futuro tempo
re elaborabitur.

§ 13.

Jus Venatorium Nobilis Liberum habet per Hungariam, verum
Rusticis interdictum est. quod secus fit,

§ 14.

Jus XIII. Oppidorum Sepulturalium commodatum est ex Jure Sax
onico; eorum enim inhabitatores germanica Natione, ac proinde mo
Saxonica Lence oriundi sunt, unde olim Saxonicis Scriptis & Con
suetudinibus Nemeo accommodavere. Postea tamen habito frequen
Leges gravidam Municipales, ex Jure Saxonico & Consuetudinibus re
Hostio combinatas condidere, ac Regia quoque Authoritate corro
borari fecerunt.

§ 15.

Hae XIII. Oppida causas suas, pro majori expeditione ad Sedem
Regiam dum Königshofen Stuhl ex 13. Judiciis praedictorum
Oppidorum & suo Comite Judge Royal der XIII. Städte vocato con
stantem appellant.

§ 16.

Dalmatia olim Thracio paruit: extunc cum Imperium Romanum
in Orientale & Occidentale divisum fuisset, secesserat Dalmatia
sub Imperatoribus Orientalibus Romanisque accebatur
Legibus. Cum vero Joannes VI. Summus Pontifex Anno 699. ad Pu
dimericum Dalmatiae, Croatiae, & Sclavoniae Regem, fidei Chri
stianae propagandae causa Cardinalem Honorium, & unum ad suc
ei adjunctum, cum duobus etiam Episcopis misisset, & his Legeo
Salutares Christianas hisce Regnis communi cum Consensu Re
gio praescripsissent Legibus his Christianis Summus Cum emolu
mento imbuta sunt. Successu temporis cum Dalmatia, Croatia,
& Sclavonia ab Orientali Imperio avulsa essent, & circa An
num 1091. regnante Ladislao I. & ejus Successore Colomanno
Regno Hungariae conjuncta, cumque Verbocsianum Opus sub
Uladislao Confirmatum esset, tunc Hocce Opus Tripartitum his
etiam in Regnis publicatum & acceptum est.

§ 17.

§. 17.

Circa Jura Transylvanica quadruplicia notamus intervalla, nimirum: Ante Hungaricum Regimirio a Hungaria separari, &c. deinde Hungaricum Regimirio a Hungaria separati, & Transylvaniæ annexum Hungariæ denuo. Habuit vero Transylvania antegram Hungaria donec exeunt suas Leges conservandi neque proprias, quo tandem autem, & quo Legum harum circumvolantia penitus ignoratur. Ex eo vero tempore, quo Hungaria obvenit Transylvania, communibus cum Hungaria utebatur Legibus & Juribus. Post hæc vero infelicem Ludovici II.di ad Mohacs Joannes de Zapolya Vajvoda Transylvaniæ in Hungaria etiam Regem electus, sibi suisque successoribus Principibus hoc Regnum regendum appropriavit, tulerunque sibi Principes peculiares Leges, institutis conventibus Hungaricis Idiomate scriptas, quas deinde Leges Anno 1653. die S.ti Martij Georgius Rakoczius ab Anno 1540. inchoando, per viros idoneos & Legum Consuetudinumque Patriarum peritos, informandas, bene ut in S. Partes, certosque Titulos redigi, promulgari, & eodem Anno Varadini elegantissimo Typo in folio dari curavit Titulo sequenti: Approbatæ Regni Transylvaniæ Constitutiones & Partium Hungariæ eidem annexarum. Has deinde Leges Successor ejus Alich: Apafy cum aliquas nocivas & contrarias animadverteret, compilari & publicari curavit, eaque sub Titulo: Compilatæ Constitutiones Regni Transylvaniæ & Partium Hungariæ eidem annexarum. Anno 1695 Claudiopoli in IV.or partes pariter in 8. partes divisæ, & nonnullos Titulos.

§ 18.

Leopoldus deinde I.us Anno 1687 Transylvaniam victoriis sibi recuperavit, Jure quasi postliminii, qui Jura ejus sacra & tecta religiose & confirmavit. Quod & Successores ejus.

Finis.

Membrum I.tum

Caput I.mum
De Cancellaria

§. 1.

Cancellaria Regia Hungarico Aulica, ese immediata Aulicum Dicasterium, quod cum aliis velut unius ejusdemque Principis Dicasterijs immediatis Correspondentiam æqualem habet. 1791. 13. & sine a nullo alio Aulico Dicasterio habet dependentiam 1715. 17.

§ 2.

Cancellaria constat ex capacibus idoneisque subjectis ex omnibus Regni Partibus & possessionatis Hungaricis, adhæc etiam ex V. Cleno. 1791. 13.

§ 3.

Olim duo tantum Consiliarij Hungari penes Cancellariam erant, 1613. art. 25. 1630. 29. 1687. 7. 1655, 50. 1687. 8. & 1695. 25. in quo ultimo hoc notandum venit, quod si duo Consiliarij Cancellaria sua ex Camera Dominorum acceperint. Hodie jam ex eo cum sunt numero.

§ 4.

Statutum erat articulo 10. 1608. ne Dignitas Cancellarij benemeritis Personis, negue Hungaris Nobilibus conferatur, neque alio, quam Hungarorum Consilio abeque Religionis diversitate sua Majestas utatur in Negotijs Hungaricis.

§ 5.

Auctoritas Cancellaria in tractandis determinandis & expediendis Negotijs rebusque Hungaricis servanda præcipitur. 1609. 21. 1608. 9. 10. 1569. 38. 1613. 26. 1618. & 1622. 17. 1608. 10. 1635. 7 & 50.

§. 6.

Cancellaria tractat omnia Negotia, publica, politica, Juridica, Provincialia, & ingrauem in hæc incurrunt etiam Cameralia, Militaria & Commissarialia. 1741. 13.

§. 7.

Publica Negotia grauia expedit. 1542. art. 41.

§. 8.

Cancellaria Donationes & Inscriptiones expediat, & ordi[illegible]

grat, inrigorosta, nbihigve subeatur 1808. 9. Armales addec Litteras Judiciis cum commendatione & cauenon Domini Terrestris, Alicui tatibus vero & virtutis, literalique scientia preditis merito exoe spectu, confirmationes denique obtinerum Privilegiorum non in pa judicium Domini Terrestris expediat, sigvero alias expediant, nullius sine vigoris. 1822. 17.

§ 9.

Cancellaria delegat Judices convenientes ad gratificandos & merita pro diversitate causarum occurrentium, Judicesque ge gali destituarum. 1715. 17.

§ 10.

Universa Negotia excepto Juridicis contrarijs gvo Cancella, rius expedire negit, secundum ordinem ab. 24. 25 26. in Cancel laria Hungarica per Dominum Regni Hungariæ Vicecan cellarium expedianeur, solisque Expeditiones sua gvoque Ala jestati per eundem Dominum Cancellarium pro resolutione pro ponanevr. 1808. 16. 1791. 13.

§ 11.

Cancellarius propter publica, gvæ curat omnia, ab omere de larum excusatur. P. I^ma tit 122.

§ 12.

Observandum est, quod Archi-Episcopus Strigoniensis dicatur etiam Summus Cancellarius Aladd. 6. 88. qui olim Præsentis Regiæ Alatis, & unus ex Judicibus Regni ordinarijs existit. tit. Alad. 6. ar 88. Vlad. l. 42. 1550. 15. Godierno vero tem, poribus non amplius Judicis ita constituto, pro Judice Ordi nario habetur, sed Assessor tantum Recepta Tabulæ Septem Viratus exhibuit, habeq; presidios Nomines, qui Judicio Tabulæ Regiæ interfunt. 1557. 13. 1567. 28. Sigillum etiam duplex re, servat, unum Commune gvo ut Primas Hungariæ, & in Cæsa, reis Rob. Libro utitur, quod quidem per tempus a nigvo ademp, ti ei; Godierno vero Celsissimo Principi restitutum est, alterum Aurea Bulla, cujus Taxa duplex 1809. 73. Regem deinque etiam Coronat.

Caput II^dum
De Consilio Locumtenentiali Regio

§ 1.

Consilium Locumtenentiale Regium est, quod a nullo Dicaste, rio, sed solum a Majestate sua Sacratissima dependet, omni, age repræsentanda medio demissarum Literarum ad suam Alatem facit; ex Præside Palatino, aut Eo absente Judice Curiæ, vel alio Secularibus, & viginti duobus Consiliarijs, e Statu Prælatorum, Magnatum & Nobilium ex omnibus Regni partibus eo applicandis, constans. Diæ Subjecta per suam Alatem denominranda venium. 1518. 39. 1723. 97.

§ 2.

Supernumerarij gvoque Juniores Consiliarij ex Magnatum & Nobilium Statu sine voto tamen & salario, ad Consilium hoc præliabarum pro capienda rerum experientia ad arbitrium sua Majestatis admittuntur, Juramento adstringendi. 1723. 97.

§ 3.

Consilium ex Legatibus Prorentibus salarizandum, & sub, primum fieri poterit, ad mediocritatem Regni collocandum. 1723. 97. interea Personis Literatis, aegre ex Consiliarijs gvi, piam abiit, præter gvam in Legatibus Regijs, nisi Legitima de causa Præsidi absentiam suam semper intimaverit, duo, decim tamen ad minimum semper ad latus Præsidis existen, tibus 1723. 97.

§ 4.

Sancitum est ar. Subsequ. Vlad. l. 2. 6. 1593. 2. 1609. 22. 1613. 25. 1655. 50. 1659. 14. 1723. 97. 1791. 11. Regem Hungariæ Hungaros Consiliarios tenere & habere, illorumque Consilio in Hungaricis negotijs perficiendis uti debere, exclusa om, exteranea ratione, eorumdemque Authoritatem servari. 1609. 21. 1618. 5. 1635. 26. 1659. 14. 1791. 11. Pariter injungitur Artic. 30. 1655. 1662. 17. ut Consilii Hungarici Authoritas ob, servetur, & gravaminq; Legati huc vel illuc mittuntur, id Do, mino Comiti Palatino, & præsentatis Consiliarijs Hunga, ricis tempestivè intimetur & innotescat.

§ 5.

Consilium præfatum a nullo Dicasterio Aulico, sed a sua Majestate sacratissima, tanqvam Consilium Regium depen, dent. Repræsentationemque medio demissarum Literarum ad suam Alatem facit, & sua Alatas Benignam suam Reso, Lutio

lutionem aut per rescriptum aut per Decretum Regium, pro varietate rerum & Negotiorum eidem Consilio intimabit. Si necessum fuerit, pro uberiori informatione ad Suam Mattem mittere Consiliarios, praevia Consilij facta repraesentatione & Suae Majestatis approbatione poterit. 1723. 101.

§ 6.

Consilium itaque agit circa Politica, curam Comitatuum geri & Negotium Religionis tractat. Quare etiam Statutum est Lege 112. 1723. Informationes necessarias a Comitatibus & Civitatibus Consilio fieri debere, quas si dare omiserint, Consilium Suae Majestati repraesentabit, ut congruum remedium ordinare possit.

§ 7.

Consilium hoc Locumtenentiale Regium contra Positivas Patriae Leges nihil determinet, conclusa vero semel per pluralitatem Votorum in Consilio, extra Consilium nemini immutare licet 1723. 102. & juxta 101. ejusdem 1723. Ne Consilium cum Vicinis Regnis & Provinciis correspondeat, sed Suae Mattei demissas repraesentationes praestet.

§ 8.

Articulo praeterea 105. 1723. statutum est ut Consilium admoneat Parentes & Tutores in Educatione Prolium & Pupillorum negligentes. Domi vero delitescentium bonarum familiarum filii per Comitatus Consilio indicentur, quod Suae Mattei demisse proponet, ut pro exigentia qualitatum accommodentur.

§ 9.

Expeditiones Praeses cum Cancellariae Directore & uno Secretarijs subscribit. Consiliumque utetur sigillo Suae Majestatis cum circumferentia Aquilae in medio autem Insignibus Regni prout in aliis Regnis quoque & Provinciis haereditarijs usitatum.

§ 10.

Cancellariae Directorem & Secretarios Suae Mattas ex Consiliariis denominet. Registratorem vero & Rationum Exactorem, Expeditoremque & reliquos subalternos ipsum Consilium ex pluralitate Votorum constituit 98. 1723.

§ 11.

Cons

Consiliarius contra bonum publicum peccans in Consilio Suae Majestatis tanquam Reipublicae Libertatisque Regni proditor & turbator, in rebus & Persona juxta sua demerita puniendus Ulad. VI. 7. e contra, qui Consiliarios Suae Mattis diffamat, poena arbitraria solum juxta Meritum punitur. 1723. 12. olim juxta Artlum 48. 1587. Notam incurrebant, & ejusdem poenam luebant.

§ 12.

Salaria Consiliarij in Consilio Locumtenentiali, ut reliqui in Tabula Regia ac Septem Virali & penes Cancellarium existentes, habent ex Camera 1566. 23. 1567. 24. 1630. 29. 1635. 14. 1723. 25. 30. & 97.

§ 13.

Notandum venit juxta Artlum 40. 1518. quod Vice Palatinus, Vice Judex Curiae, Protonotarij, interesse debebant Consilio

Caput III.tium

De Camera Regia Hungarica

§ 1.

Camera Regia Hungarico Aulica, est Dicasterium Regium, cui omne id subordinatur, quod Regium in Hungaria & Partibus eidem annexis aerarium, seu Sacram Regni Coronam respicit, ut sunt: Bonorum per defectum vel Notam Regnicolarum in Fiscum Regium evenibiles Devolutiones, Dominia Coronalia, Liberae Civitates, Res Salis, & Montanistica, Tricesimae, Telonia, Naula Regia, & Taxae Civitatum; ut & hinc habet authoritatem administrandi universa Bona Regis eorundemque & quosvis alios proventus Regios percipiendi 1741. artlo 14.

§ 2.

Camera Hungarica cum Aulica & Aulica cum Hungarica correspondent. 1622. 18. 1647. 146. 1681. 13. Non enim Hungarica ab Aulica dependet, sed potius super Negotijs apud Eandem pertractatis Repraesentationes suas Camera praelibata Hungarico Regia Majestati immediate inscribit, sicque Expeditas Suae Mattei medio Cameraeae Caesareo Aulicae submittat, & desuper Regia duntaxat Rescripta ex Aula recipiat 1655. 11. 1715. 18. 1723. 16. 1741. 14.

§ 3.

Statu

Statutum est Anno 16. 1715. Cameram Scepusiensem ac exteras per Regnum Administrationes Praefecturatus ac Provisoratus a Camera Hungarica dependere, & Anno 16. 1723. 17. 1791. Cameram Hungaricam in actuitate vigore Legum Patriarum conservari.

§. 7.

Judicatus Camerales quoad Alterca tantummodo prohibitas, & Contrabandas admittitur, ad Exactorum Debita vero adiungere eorundemque Praetensiones nullatenus extenditur: Contrabanda vero ante Cognitionem Causae ne diversabantur. 1715. 15.: 1715. 15. 1723. 13. Interdicitur ad ac Judicatus Camerae in acquirendis & retinendis Bonis, juribusque Possessionariis, Civitatibus Exteris, ita ne obligationes 1622. 26. 1659. 76. 1687. 27. Prohibetur etiam Camerae, ne si quid Juris in Nobilium Bonis se habere praetendit, praeter Decreta Regni & Juris Viam ea occupet. 1567. 27. 1595. 39. 1599. 21. 1618. 15. 1715. 25.: Si vero praeter Viam Juris sine occupata sua Bona quis quo Juris & Agitatis exitus dicatur, Clementer statuet. Ibid. Similiter sit in Scribus Alienatarum Civitatum 1630. ab. Camera demique Fiscus Regius Bona, reosque mobiles quorumque Regnicolarum, non propria auctoritate, nec violenta occupet, sed Judicum sive Status Cadaveratis, Civitatis Infidelitatis, L. fa. 10. 17. & alibi expresse vigore Legum Patriarum siquando 1659. 101. 1638. 27. 1697. 21. Art. 9. & 11. 10. 15. Atque 17. 20. Legis 7. 17. 1. Art. 63. Decretorum acquirat 1681. 37. acquirere etiam Bona Civitatum bilia, una cum Summa pecuniaria Nobilium in Exercitum Cunctis degentium tali praefata modalitate & occasione occupet. 1715. 62.

§. 5.

Fiscus Regius procedit ad amissionem Privilegii & Officii cum contra Viniatos Malefactorum coram Domino Palatino, Statutarum tamen dispensatione penes Supremam Majestatis Auctoritatem immutatè semper permanente 1715. procedit ad hoc etiam, procedit ad hoc etiam contra Usurarios ultra 6. per Centum exigentes, ubi tales exigentes non modo in totum Interesse, sed etiam Capitalia amittunt & quod ultra Legale sex per Centum Interesse a Debitoribus suis exegerunt, id damnificatis perdendi Judicatus

restituatur jus tum est. 1723. 120. Procedebat denique antea contra Possessores Bonorum Ecclesiasticorum coram Commissariis 1715. 10. 1723. 19. Jam vero hac Commissione penè sublata, sua ad ordinariam Juris Viam exlegatur 21. 1791.

§. 6.

In Causis Fiscalibus admittitur Instantia & Repulsio licet de lege Regni brevi Processu terminari deberent Art. 11. 1715. 11. Admittuntur etiam in Tabula Regia duae Prohibitae una sive onere, & alia cum onere. 1618. 68.

§. 7.

Fiscus Regius in Causis tam activè per se, quam passivè contra se movendis tenetur Regni Fora & Processum Juris ordinarii, ne nimirum pro qualitate Causarum, coram iisdem Judicibus & Foris quorum Judicatui causae ex Natura sua de lege competere, procedat, Juris est. 1791. 23.

§. 8.

Fiscales, Officiales & Bonorum Fiscalium Possessores Legibus Oneribus & Jurisdictioni Regni subesse debent 1715. 11.

§. 9.

Si quis Fiscum Regium defraudaverit, reddat fraudem & compositionem. S. Step. Decr. Lib. 2. Cap. 42.

§. 10.

Tricesimae, quae antea ad Cameram Aulicam spectarunt, nunc vero ad Cameram Posonien sem realiter & plena cum directione applicatae existunt, ut Art. 30. 1835. & 15. 1830. decet, quamvis Judicatui Comitatus subsunt, ad mentem Art. 16. 1618. 13. 1723. 23. 1791. quoad Alterca tamen prohibitas, & Contrabandas aliasque res Officii Judicis Camerae subjacent. 1791. 13.

§. 11.

Tricesimarum Negotiatores debitè & praeter Juris ordinem recusare, sua Bona per Bonorum convocatio ad rem Disperitio Juris seu Camerae Praesidem, cum consiliariis Camerariis puniuntur. Observentur per Palatinum, Juratamen extraordinario ex parte talium Judicum & Executio administrabatur. 1609. 17. Jam vero per Tabulam Regiam cum causae Fori extraordinarii Palatinalis Fiscum etiam Regium activè & passivè tangentes coram stare juridicantur & terminantur; ita tamen ut in Camerali actatio

Item

remorino habitantibus graduor ad minus Civitatum Terminus, is pro certa determinata die, ne Cardanico ob incertitudinem diei Carta eorum lacerentur, diutius cum magna Regnicolarum profectu ne expectare debeant, praefigatur 1722. 26.

§. 12.

Tricesima per Cameram Hungaricam Austricam in Locis Oppidis imprimis in confinio exigantur 89. 1647. & DD. Tricesimo locum Tricesimae exigendae erga Contrahendum justum pretium, Regie Typotecario, progrediuntur Tricesimae dicto non raro fraudi cedere obligantur. 1722 13. salva permanente penes suam Majestatem pro Patriae statu, tempore & loci Tricesimo ipsius Translativo, antiqua in futurum minus accommodentur Tricesimo, facultate. 1715. 91.

§. 13.

Tricesimae e manibus eorum, qui eas tenebant, nimirum & alii divino eliberentur, & Fisco Camerae applicentur 1546. 57. 63. 85. Vlad. VII. 1.

§. 14.

Tricesimatores & Officiales exercentur non etiam Hungari de Regio gestio Praefectus & Consiliarius Camerae Hungaricae audire & eidque obedire tenentur 1559. 11. Officiales sua exerceant, absque jurisdictione & damno Dominii ejus Loci, in quo fuerint, & progredi tenebitur. 1590.

§. 15.

Tricesimatores cum industria Camerae Hungaricae, sicuti dictio Sexagesimi Regii fieri possit, munia Delegationis in Praesidium. 1715. 30.

§. 16.

Camera Regia Consiliariorum Supremi & Vicedirectorio in fiscalium finitorum actuarios & legitime procedentium detectos, detestatores, verberatores, aut vulneratores, Literarum Regalium & Mandatorum Regiorum violatores & Reputationem secundario facto actum Majestatis Poenitentia incurrunt. 1723. 10.

§. 17.

Camera Consiliarij duo pro exercitione Causarum Fisco-Regalium ad Tabulam Regiam addendi, Juramento Judicium stringantur. 1723. 19. in Metallifero Regio Cremnicensi. Camera Consiliariis unus & Directore praesentibus. 1715.

§. 18.

Camerales a Foro Officiales in Personalibus & realibus eosdem privilegiare Jure concurrentibus non secus & in Causis Libertinarum & gibus Patricio & Plebeio subesse debent. 81. 83. 1720. 1697. 84. 1662. 99. 1592. 81. a Camera Hungarica ad hanc ejusque Judicia dependent. 1555. 11. nec Erario Regio contrarii stat. 1715. 18.

§. 19.

Camera Fiscalis potestatissimum Conservator Coronae, rerum sit Hungaricae. Instantiis tamen Conservatoriis, Liceo alterius conferatur, juxta receptum Continuum Usum, penes Regiam Cameram Hungaricam, manet. 1715. 98.

§. 20.

Camera & Directore mandatis ne prohibeat Judices a Sententiis. 1586. 29.

Caput IV.tum
De Curia Regia

§. 1.

Curia Regia est Summum Tribunal Judicium in Hungaria, ad quod Causae ex omnibus Regni Partibus appellantur.

§. 2.

Curia Regia dividitur in Tabulam Septemvirale & Tabulam Regiam.

De Tabula Septemvirali

§. 1.

Tabula Septemvirale est Supremum Juris Tribunal ad quod ultimario Causae ex Tabula Regia appellantur & terminantur.

§. 2.

Tabula Septemvirale Praeses est Palatinus, vivo absente vel interdato Judex Curiae Regiae, hoc vicariatus Tavernicorum Regalium Magister & ideo lege praesidet. 1723. Ut. Givo vero memoratis absentibus vel interdato extraordinarius determinatur per Suam Majestatem pro Praeside de Dapiferorum Regalium Magister, post hunc Agasonum Regalium Magister dein Curiae Regiae Magister, demum Janitorum Regalium Magister, & ultimo Cubicularium Regalium. Et hi omnes Regni Barones sunt.

§. 3.

Tabu-

Tabula Septem Viralis, olim ex septem Viris secundum denomin
tionem consistit, occasione vero Diaræ Anni 1723. ex additis p
oribus additi sunt, nimirum duo ex Prælatis, totidem ex Ba
gratibus, & demum gratuor ex statu Nobilium pari cum Vor
Salario ad administrationem Justitiæ, agrahi omnes Juramen
adstrictæ. Hi vero Judices intra tertium Spatium sub poena
Judiciorum celebrationi adesse debent, nisi ex gravi gravida
infirmitate, vel legali gravi piam impedimentum excusent. Ad
rendum vero Judicium ad minus undecim cum Præside con
præsentes sint 1723. 29. Tempore Diaræ vero Anni 1791. Septe
Viralis viginti quinque gratuor Personis actus esse, una quidem e
statu Prælatorum, altera ex statu Magnatum, & duabus ex
Nobilium, adeò, ut Judicium Tempore 29. Viri in 7. Viralis Ac
me exercent 1791. 29. Hic Septem Viralis statio temporis
celebrem 1715. " 29.

§. 4.

Ad hanc Septem Viralem Tabulam spectat ex Tabula Regia
pellationes fieri referente uno ex Protonotarijs & uno
sessore. Tit. VIII. 2.

§. 5.

Subscriptio absentium Comiti Palatino salva permanet, u
gredum sua Majestas, aut hos substituat, pro actus Liber
confirmet, aut alios in locum eorundem denominet. 1723. 2

§. 6.

Septem Viralis Præsides habent suos Vicepræsentes
Tabula Regia, utpote: Palatinus Vicepalatinum; Judex
Curiæ, suum Vicejudicem Curiæ, ad hæc etiam habent Judi
Protonotarios, nt. Palatinus unum, Judex Curiæ trium
rem unum, cum sigillis eorundem.

§. 7.

Hi Septem Viralis Judices salaria sua, ex Fisco Regio
habent, seu Camerio suo Actorio Regio, vigente Artic. 23. 1567
& 27. 1567

De Tabula Regia Judiciaria

§. 1.

Tabula Regia Judiciaria est respectu eo Via Appellat
ex Tabulis Districtualibus Regnis item Croatiæ, Dalmat
& Schlavoniæ, Comitatibus & jam nunc etiam ex Sede Jaz
nicali deduci solitarum Causarum Forum Superveriori

respectu vero Causarum in eadem incaminari solitarum Supre
mum Regni Tribunal, eo a Regio subalterno Foro discernen
quod juxta Decr. P. XI. Cap. Tit. 3. in hic de rerum accidentibus
in Foro vero Tabulari, de rerum & Personarum proprietati
bus procedatur.

§. 2.

In Tabula Regia præsidet Dominus Personalis Præsentiæ
Regiæ in Judicijs Locumtenens, qui benemerita Persona se
Mandatum est duplex: Judiciale & Extrajudiciale. Judiciale vicissim est duplex: Legitimum & Illegitimum, & Judicat est, quod in ipso Mandatario Principio fundatur, aut saltem Partis per Expositionem, aut contra Legem & Antiquam Consuetudinem expeditur.

§. 3.

Mandatis Legitimis Judicia Libus non obtemperantes in poena 200. & privatione ejus officii & Infamia notantur 1655. & 1563. 78. Mandatorum vero Extrajudicialium contemptores pro merito delicti puniuntur 1563. 79.

§. 4.

Mandatorum illegitimorum Impetrantes in Decem Omendas Singulos convincuntur 1655. 92. Appellata extra Dominium admittitur

§. 5.

Judices propter non observationem illegitimorum Mandatorum ejus, cari curantes convincuntur in 200.

§. 6.

Mandata intra 60 Dies presentari debent, absque ea exspirant. l.° tit. 60. Si vero Judicia, cui sonant, exhibita fuerint, usque ad annum durant. Si denique in Processum abierint, usque ad finem Litis durant. Mandatum morte mandantis exspirat.

§. 7.

Species Mandatorum Judicialium Ja sunt: Vocatorium, Compulsorium, Requisitorium, Dilatorium, Prorogatorium, Inhibitorium, Declinatorium, Transmissionale, Executorium, Reexecutorium, Resecitatorium, Interpretatorium, Superabundans Fulminatorium, Introductorium, Reambulatorium, Admonitorium, Captivatorium, Acceleratorium, Delegatorium, Protectionale, Relaxatorium & varius Drachiale. &c.

§. 8.

Mandata constant ex his partibus 1.° ex Expositione, Qualiter. 2.° ex Expositionis conclusione sive applicatione de Lege. Cum autem. 3.° Postulat, Velle et promde. 4.° Commissione, pro eo tit. vel vobis &c.

Caput L
De Prohibita

§. 1.

Prohibita est Juridicum remedium, quo Causa post Contractum ab ipsius Expeditione coram Judice etiam in Dubio prohibetur, & ratio Prohibita nova debet dari. Lib. 5 qu. 6.

§. 2.

Prohibita fit verbaliter eodem statim die, quo pronunciatur Sententia. Lib. 5 qu. 6. §. 3.

Duo tantum dantur Prohibita una absque quidem, secunda vero cumonere sex Horarum una Terminalitate Partis adversa, caterum autem Judici cedente 1729. 36.

§. 4.

Quamvis de Lege Statutum sit, ut Usus Earum Prohibitarum, semper ante ultimos sex Dies Judiciorum observetur, usus tamen promiscuè fuerit 1729. 38.

Caput LI
De Procuratoris Revocatione

§. 1.

Procuratoris Revocatio est dictorum & factorum Procuratoris

toris praeter scitum & informationem Principalis interventorum pa
cundem Principalem, aut Plenipotentiarium suum, cum solito one
re in vestra Judicium facta retractatio, & nova responsione fabi
tâ reformatio L. 2 ff 79.

§ 3.

Revocatio debet fieri per Alandantem Dominum causa, aut per ejus
Plenipotentiarium ipsum Causa & vice Dominum representat.
Stat. & gv. 23 1729 ar 39.

§ 4.

Revocatorio remedio licet in omnibus Foris Judicio uti, sipra
ter scitum & informationem Principalis per dicta aut facta Pro
curatoris error incidat. Revocatio eiam tacitis semper pro sup
pone errorem, aut defectum. Stat. & gv. 25.

§ 4

Revocatio causa potest fieri coram Judice ejus.

§ 5.

Revocatio fieri potest omnibus causis, qua est generaliter
ordinatum remedium Juris in favorem Causantium. Excipe
1o In gravibus Casibus majoris Potentia pura: Verbalationis
Vulnerationis, Interemptionis, indebita detentionis & invasionis
Domus, in Curia Nobilium Stat ff IV. ar 13.

2o Ubi remedium Juris in specie, vel generaliter omnia Juri
dica remedia contractu, aut Lege mediante praeclusa sunt 30
1729. & 1726.

§ 6.

Revocatio Procuratoris fit duplicater. 1o Cum minori onere
6. & ad lite pendente atque ante latam finalem sententiam 39.
1729. 2do Cum majori onere 50. Marcarum & homagiarium
200. ff. facientium, post finalem Sententiam L. 2 & 87. 1729.
39.

§ 7.

Revocatus Procuratior causam, quam prius allegaverat, con
tinuare potest, absque nova Procuratoria Constitutione
1729 39.

Caput LII.
De Appellata

§ 1.

Appellatio est causa post Convictionem per Partem succum
bentem a praesentia Judicio aut Judicis inferioris cum honesta,
te, Jonore, reverentia, & modestia, maturioris revisionis gratia
ad Superiorem Judicem provocatio

§ 2.

Appellationes dupliciratione considerandae, aliae enim
sunt, quae admittuntur, aliae quae non admittuntur

§ 3.

Appellationes quae non admittuntur Jo sunt:

1o In causis criminalibus, publicorum & manifestorum
malefactorum.

2o In causis ex Curia Regia, ad exequendum duntaxat
exec cum ameciis poenis Dirragialibus ad partes remissis.

3io In causis illorum, qui juxta Tit. 6. L. 3tii Trip. causam
per ipsos in Curiam Regiam appellatam, ibidemque amis
sam, ac demum Novi Judicii beneficio revocatam, demum
in partibus amitterent

4o In causis ubi poena ex attestari volentibus, ad men
tem ar ff 49. 1655. desumitur.

5o In simplicibus depositoriis exceptionibus pariter
Appellata non admittitur Stat. & gv. 6.

§ 4.

Relique appellationes omnes, quae extra Jure specifica
tionem ad ductam exhorrent, admittuntur, eoque vel intra vel
extra Dominium.

Caput LIII
De Appellatione extra Dominium

§ 1.

Appellatio extra Dominium est, dum quis post finalem sen
tentiam acceptam convincitur & gravi convictus, ultro appella
re volens, extra Dominio, & alteri occupationem det. Partibi
um damni.

§ 2.

Appellationes admittuntur, quae extra Dominium admittunt Jo sunt
sequentes juxta Art ff 26. 1729.

1o In Causis Liquidorum Debitorum, summam florenos
12000. quoad ipsum Capitale non excedentium.

2o In Causis Divisionum earumque rectificationem nec
non successionum, quae sunt recentiores juxta Par. 1i & 87.

3io In Causis reexecutionum, in Bonis executio, adque
Judicis sententia semel non extendisset.

4o In Causis contra Officiales & Servitores reddendis
rationibus obnoxios & easdem reddere renuentes, aut suf
ficienter non reddentes, juxta ar 65. 1622.

5o In Causis, contra Sententias Sacrarum sedium
exequi negligentes aut nolentes Magistratus Civiles, jux
ta tarifam 29. 1622.

§ 6.

In Causis Revindicationis Bonorum, per Locationes a Successione alienas tradituum, juxta ar. 67. 1822.

7.o In Causis Pupillorum, ad recipienda e manibus Tutorum aut Curatorum Bona procedentium.

8.vo In Causis Revindicationis Hypothecarum, vel immorientium Bonorum Communium, adhuc Divisionis obnoxiorum.

9.o In Causis Lignorum Summam duodecim Millium Florenorum non excedentium.

10.o In Causis Repetitionis Litterarium Instrumentis a manibus alienis justa arctum 93. 1659. & 95. 1682. vela Consanguineis, pro diversitate Casuum.

11.o In Causis Redemptionis Bonorum a non Indigenis justa arctum 23. 1715.

12.o In Causis ad exercendum Donatarium, contra Contradictionem Statutum per existentem in Dominio oppositam Bona appredendentem, via arch. 82. Alaud. VI. & Vladsl. 59.

13.vo In Causis Valentiarum, & ex subditis vel Servitorium suis Imperatorum.

14.o In Causis Bonum Paraphernorum Exemptorum aut Bonorum ex Testamento in Legitimo Successionis defectu condito, quod Comitatenses gudent Causas Summam florenos 1200. qui ad Causas autem Tabularum Districtualium Summam florenos 2000. non excedentium.

15.o In Causis Depositorum tempus 32. Annorum non excedentium & in quibus non interbenisse Casus fortuitus clarè constat.

16.o In Causis Contractuum, in quibus omnia Juridica Remedia contractualiter practicata Sibentur.

17.o In Causis Delationum, Violata Sedis Judiciariae, Denegationis, Decimarum intercepionis & Violationis Asylium Sacrarum, Causis mere Magistratualibus, seu Actorum Fisci Comitatensis, in Materijs civilibus erectis

18.o In Causis Metalibus exfundamento Novo Suscitatis

19.o In Causis contra Invasores reparatores Communium Edificiorum &c. 1715.

Caput IV
De Appellatione intra Dominium

§ 1

Causa ergo appellabiles, quae in praemissis non comprehenduntur intra Dominium appellantur. Et hoc appellatio intra Dominium

um est, dum quis in Causa succumbens ultro appellat, verum in Dis. sessorio manet.

§ 2.

Poena male appellantis est duplicata, nempe ducentorum Florenorum hac Sententia: Bene judicata, male appellata, & ideo Poena duplicata. Tit. 8. qu. 8. 1729. 32. & in duplici Dissagio convincitur. Vlad. l. 72. item Alaud. VI. 52. in 200 florenis. 1968. 18.

§ 3

Appellatio causa fieri debet in Tabula Regia ipsa die lata Sententia, exposi vel ut Servitia rejicitur.

Caput V
De Executione

§ 1

Executio est pronunciatae Sententiae in effectum deducio. Vl. 72.

§ 2.

Executio Causis finem imponit. Tit. 8 qu. 1. 2. 3.

§ 3

Executionem nec Reus impedit, potest tamen rationabili de causa sisti. Tit. 8. qu. 4. § 9.

Executiones de curia Regia fiunt vel immediate, quando vel D. Protonotarius, vel his impeditis Assessores Tabulae Regiae committuntur: vel Mediate, dum a quovis in viciniori Comitatu Judicibus Comitatensibus exequendi provincia defertur, quod tamen rarius fit. In Causis tamen Transmissionalibus semper Executiones, aut Executiones per Judices in partibus procedentes juxta stylum Remissionalium mediate fiunt.

§ 5.

In istis Remissionalibus Causis Executio intra quindenam fieri debet, sub poena mulctae 17. 1795. & Tit. 8. qu. 5. & 6. C. 11. qu. 13. expressata.

§ 6.

Executio peragitur in facie Bonorum, 77. 1697. vel ob metum hostium in loco securo, & quo magis fieri potest vicinori.

§ 7.

Executio peragitur intra Annum 1574. 31. secus pereat Novam Remissionem revocabatur Sententia & facta Citatione reflexoria erga convictum peragitur Executio.

§ 8.

Judex morosus Executionem facere in ff 200. punitur, & Officio privatur VV. q. 1662. 29.

§ 9.

Judi-

Judicem in Executione turbans punitur Ulad ff. 16. 3. e. propter ha
juriam, & Verbalem delonecationem est una Marca Auri 12. flor
faciens, propter verbera & Vulnera factum majoris Potentiæ, propter
mortem denique Rota perpetuæ infidelitatis P. 2. ℳ 79. Ulad. 2.
art 9. 1597. 32. Alam 36. 87. Confer Ulad. l. 75. ubi nota, quòd etiam
servi & subditi tabia patronos ad manus Vomitis assignentur,
sub poena 25. Marcarum addac 1681. 21. 1686. 27. 1715. 26. 1723. 29
1729. 34.

Caput LVI.
De Oppositione

§ 1

Oppositio est Judicis in Executione constituti ad exequendam
Sententiam in Domo non admissio

§. 2.

Oppositio directè Judiciario Curiæ contrarietur 1729 34.

§. 3.

Oppositio a Repulsione differt eâ ratione: quòd Repulsio in
Curia Regia nonnisi Curiæ longæ Litis reliquæ ante ultimum ea
rundem Terminum competat: Oppositio verò Curiæ brevis Litis
& in Foris subalternis suscitatio & promotis. 1729 34.

§. 4.

Oppositio licita est in omnibus Causis Sententiabus Tabula
rum, item Regia Bannis, ac Districtuariorum 1729 34. Sed
restrictive in tribus duntaxat casibus. 1. si Sententia lata si
non præmissa citatione Judiciaria, ad exequendum sine citatione
convicti, Bona Judex exequi attentaret. 2. si Bona Processui con
comitanter, & Sententiæ non inclusa & non subjacentia Judex
exequi attentaret. 3. si Judex in Causa evidenter extra Domini
um appellabili, non admissa taliter interposita Appellatione, Se
cutionem intenderet 1729. 30.

§. Contra violenter agentes Judices utimur oppositione,
contra male autem occupantes Appellatione.

§. 5.

Extra fossa prænotatus casus licitæ Oppositionis ducens, poe
nam ℔ 200. & Expensarum, item ad damni Causati restitutionem gra
vatur 1729. 34.

§. 6.

Oppositionem secundariò faciens poenam majoris Potentiæ
amissionem nimirum Capitis vel Bonorum Mobilium & Immobi
lium luit 1729. 34.

§ 7.

Oppositio in dictis tribus licitis casibus eo modo peragenda
quo Repulsio sive originaliter, sive Appellatione sed nimis tantum &

rioribus, solummodo agitat cum sententiis 1729 33. sub poena amis
sionis causæ seu Juris ab inde dependentium Ulad ff. 19. per 1729.
33. confirmat.

Caput LVII.
De Repulsione

§ 1.

Repulsio est Juridicum remedium, quo Pars in causa triumphans
per Partem in causa succumbentem ab Executione per Judicem
latæ Sententiæ coram Viris & Commetaneis evaginato Gladio, vel alio quopiam ad ictum apto Instrumento ostenso violenter
propellitur Par. 2. ℳ 73. Ulad ff. 19.

§. 2.

Repulsio in quocunque negotio, & gradibet Judiciaria Delibe
ratione semel facti potest Ulad V. 9. & 1686. 11. & 1855. 32. bina
ria autem vice facta, & legitima sufficientique ratione non alle
ga, actum majoris Potentiæ infert. 1723. 10. olim Notam Infi
delitatis Ulad. V. 19. Primo vero indebitæ Repulsionis poena
in Curia Regia, est una Marca auri J. G. 12. & P. 2. 37. & 73.
in quibus Partibus Judici, & in terra Pars, contra quam Repul
sio facta cedens 1729. 30. § 3.

Forma Repulsionis est sola evaginatio Gladii, aut alterius
Instrumenti ostensio P. 2. ℳ 79. Leis. S. gv. 18.

§ 4.

Repulsionem cum Sententiis facere nemo potest Ulad ff. 19.

Caput LVIII.
De Novo Judicio

§ 1.

Novum Judicium est Juridicum remedium, quo Pars in causa
succumbens iterum causam resuscitare, ac omnia allegare ex
cipere non prohibetur ad Litem probandam, & generaliter quæcun
Defensioni & Subleva minis suæ causæ profutura esse cognoverit,
peragere potest. P. 2. ℳ 77. Ulad ff. 51. 1647. 117.

Novum Judicium est aliud Simplex aliud Cum Statia.

Novum Simplex est, quod sine Statia Principio instar ab
axum causarum, penes Libellum Actionalem in primis Sole. 1723.
33. Novum Cum Statia est, quod solus Princeps, ex debito Of
ficii, non obstante errore & lata jam Sententia ea
gimini sui officio, non obstante errore & lata jam Sententia ea
gire executa, unicuique postulanti largiri & concedere pote
& Solet. P. 2. ℳ 77. 1723. 33. § 3.

Novum cum

Novo cum Statu omnis is poterit uti, qui novo Simplici jam uni
ierum succubuit L. 2. 77.

§ 4.

Omnis novi Judicij Causa coram Judice, qui in prior. Causa pri
cipali processerat, vel ejus in officio Successore instrui debet. 165
126. 1655. 50.

§ 5.

Omne novum tam Simplex, quam cum Statu in eadem Causa
partium tantum semel est locum. III.tio II. semel; datur L. 69

§ 6.

Occasione novi Judicii neglecta inducere & errores reformar
ne rigide Partibus licet

§ 7.

Novum Simplex penes Actionem sive Mandatum instituitur 170

§ 8.

Novum Simplex ubi Juridica remedia per Contractum praeca
duntur locum non habet. 1662. 31.

§ 9.

Novum Simplex deservit per non venit convictis Diis S. P.

§ 10.

Novum Judicium post Regium sionem etiam datur Diis 2. 2

Caput LIX

De Remissione Causæ

Remissio Causæ est, Causæ coram Tabulis Banali & Distri
cualibus, Comitatensibus Judicibus & Civitatibus Tavernicalibus
ventilatæ & ad curiam Regiam via appellationis deductæ, ibique
visæ, & decisæ, ad partes vel sine Continuatione vel Executorum
vel de executorio penes easdem Remissionales Remissio.

Caput LX

De in rem adjudicatam transire

Res quando non appellatur, vel interposita Appellata Lege
definito tempore non prosequitur, & sic Causa cadit, ob neglectam
appellatam, vel intermissam appellatæ prosecutionem, dicit
in rem adjudicatam transire.

Membrum III.um

Caput I.um

De Statu in Hungaria in genere

§ 1.

Status est id, in quo Persona constituit: seu est Conditio, Qua
litasque Personarum. § 2.

Stat

Status vero alius est ex Jure Gentium, qui dicitur proprie Status, ut Sta
tus Imperij; alius ex Jure Civili, & dicitur proprie Ordo, significat
que dignitatem vel officium in Republica sive Civili vel Domestica. Hoc itaque
sensu posterior Regni Hungariæ Status sunt duo: Ecclesiasti
cus nimirum, & Secularis.

Caput II.dum

De Statu Ecclesiastico

§ 1.

Status Ecclesiasticus est status primarius in Hungaria con
sistens ex Personis Spiritualibus nempe: Dominis Prælatis
Præpositis, Abbatibus, aliisque Spiritualibus seu Regularibus
quibus omnes ratione Bonorum temporalium & Regalium ex
de emergentium, coram Judicibus Secularibus Juri stare teneri
tur L. 1.a tit. 12.

§ 2.

Prælatorum nomine veniunt Domini Archi Episcopi, & Episco
pi, qui sub propriis Sigillis Procuratores constituere possunt
L. 2 tit. 12. Archi Episcopi in Hungaria duo sunt: Strigoniensis
qui simul Primas Hungariæ est, & Colocensis L. 2 tit. 6.

§ 3.

Authoritas Spiritualium ad revisionem diuturnar Solennita
tum, Testamentorum, & Causarum Matrimonialium & exercitii
Juriverdis Causis præter Matrimonium, Mandatis Declinato
riis locum facere tenentur.

§ 4

Ecclesiastici obligantur semper ad homagium fidelitatis Regi
præstandum L. 1.a tit. 12. Juramento ad Conscientiæ puritatem
coram Capitulari, vel Provinciali ad rem per Judicem Deputa
to L. 2. tit. 90. Notandum hic, quod Prælatus, Abbas, Præposi
tus, Archidiaconus & Archipresbyter pro decem Nobilibus ratione sua
dignitatis habeat jurandi potestatem. L. 2.a tit. 90.

§ 5.

Ecclesiastici testimonium & Vota habent in Comitiis juxta Semi
narium acceptatæ Consecrationis 1687. art. 10. Infra tactus & Privilegiatus
pariter vocem in Dieta habet 1608. art. 1 post Coron

§ 6

Ecclesiastici Bona Secularia possidere negantur. Vlad. III. 65

§ 7.

Ecclesiasticæ Personæ Judicia continuo celebrant, excepto bel
li tempore 1563. 17. 1567. 25. Qui enim transmittere Causam non
valet, amittit officium Vlad. I. art. 90. Causa vero pendente exc.
communicationem non ferunt. § 15.

Eccles

Ecclesiasticæ Personæ Capitalem poenam non subeunt P. 2. tit. 42. Incurrunt tamen in his casibus si nimirum 1.o Inciderint in Crimen læsæ Majestatis. 2.do Si Notam Infidelitatis incurrant. 3.o Si Homicidium voluntarium perpetrant P. 2.a tit. 44.

§. 9.

Ecclesiasticæ Personæ Nonam & Decimam in suis Bonis exigunt. Uladi. 1. art. 48. Lud. 1. art. 6. Eorum Successor Rex est, quoad Collationem Bonorum tantum; Confirmatio enim Archi Episcopatuum Episcopatuum Jurisdictioni Ecclesiæ Romanæ subest. P. 1.a tit. 10.

§. 10.

Ecclesiasticæ Personæ insurgunt in bello cum aliis 1439. 19. 1552. 3. 1559. 40. 1567. 25. Matth. D. III art. 24. Albert. Arlo 19. & 1741. 63. Equitesque pro Personis & Bonis expedire tenentur. 1659. 7. & ibidem 1741. art. 63.

§. 11.

Ecclesiasticæ Personæ beneficiis privantur, si contra Regni statuta, & Decreta se opponant Uladi. D. VI. art. 8.

§. 12.

Ecclesiasticæ Personæ cum similiter Jura sua, ut Seculares retineant, succedunt etiam instar Secularium 1715. 71.

De Religiosis

§. 1.

Cum Religiosi pariter in Statum Ecclesiasticum referant, non absonum futurum, quædam adhuc de ipsis hic attingere. Efficiunt vero Statum consistentem ex Monachis & Monialibus vitam in Claustris & Cœnobiis agentibus.

§. 2.

Religiosi succedunt solummodo in Bonis utrique sexui deservientibus, & accipiunt Decimalitatem 1715. 71. Ubi notandum quod Novitio e Religione mutata Intentione exeunti, vel ab intestato, ut Novitio decedenti, Religio perceptam Decimalitatem restituere debeat, e contra Religiosis post Professionem in Religione fatis cedentibus, Portio eorum Decimalis non ad Fratres superstites, vel alios Successionarios devolvitur, sed perpetuo manet Religioni

§. 3.

Ex his Religiosis quidam Ordines Sessionem & Votum in Diætis habent, quidam vero non; ut: Ordo Canonicorum Regularium Præmonstrantensium & Patres Societatis Jesu, qui Sessionem cum Voto habent 1715. 73. e contra Fratres Amaldulenses, & SS. Trinitatis, nec non Clerici Pauperes Matris Dei, de Scholis Piis seu Piaristæ, quamvis in Regnum recepti sint, nullam tamen Sessionem & Votum habent in Diætis 1715. 102 pariter

Sacer

sacer Ordo Crucigerorum Hospitaliorum cum rubea stella, qui Bona Secularia Titulo Pignoris possidet, Capucinorum, Fratrum misericordiæ, Servorum D. Virginis Mariæ, seu Servitæ Carmelitarum Calceatorum, & Discalceatorum, Paulanorum & Societatis Virginum Ursulitarum, nullam Sessionem & Votum in Diætis habet. 2.o C.

Caput III.

De Statu Seculari

Status Secularis est Secundus in Hungaria Status, consistens, ex Magnatibus, Nobilibus, & Civitatibus.

De Magnatibus

§. 1.

Magnas est Persona Secularis consistens ex Baronibus Regni, Principibus, Ducibus, Comitibus, & simpliciter Baronibus existentibus: constituuntque Secundum Regni statum 1608. art. 1. p. c.

§. 2.

Magnatum dignitates Rex confert, et quidem Hungaris 1552. 42. Excepto Palatinatu, pro quo Rex quatuor Personas, duas ex statu Catholico Romano, & totidem Evangelicæ Confessionis candidat, & ex illis Regnicolæ Diætaliter congregati unum maxime idoneum eligunt, cum consensu Regis 1608. art. 3. ante Coron. Uladi. 1. 33. 1622. 2. Cond. 7.a 1659. 1. Cond. 7.a 1681. art. 1.

§. 3.

Quoad Barones notandum venit, quod hi in tales, qui sunt ex Officio, & tales, qui sola dignitatis Prærogativa gaudent, distinguuntur. Barones vero ex officio sunt; Palatinus Regni, Judex Curiæ Regiæ, Regnorum Dalmatiæ, Croatiæ, & Schlavoniæ Banus, nec non Tavernicorum, Agasanorum, Curiæ Regiæ Janitorum, Cubiculariorum, Pincernarum, & Dapiferorum Regalium Magistri item Comes Posoniensis 1.a tit. 94. Olim plures erant nempe Vajvoda Transylvaniæ, Banus Marschoviensis, & Banus Zeorniensis, Judex Curiæ Reginalis, Magister Tavernicorum Reginalium, & Magister Dapiferorum Reginalium, nec non Comes Temesiensis 1.a tit. 94. Lud. 1. D. art. 26. Cæteri vero posterioris Ordinis, qui non ex Officio sed solius Dignitatis Prærogativa sunt Comites, Barones, Duces, Principes nomine Magnatum in Jure veniunt. 1687. 9. 10.

§. 4.

Barones, Regni Comites, & alii Magnates differunt ab aliis Nobilibus in specie sumptis tali ratione: 1.o Quod Prælati dignitate Sacerdotij præditi sint, Barones vero Regni ex Officio propinquiores

giores sint Regi in Regno vel vendo, & primi in consilio vocem vendo L. 1.a a 2. II.o Differunt dignitate L. a 40. III.o Homagio Domini enim Prælati, & Regni Barones 100. Nobiles vero 30. Ma cas graviores Londeris, quatuor Florenos facientes, pro homagio suis consequuntur L.a a 2. IV.o Differunt Procuratoria constitu tione Magnates quippe in suis causis sub propriis sigillis Lite ras Procuratorias dare possunt L.a a 52. V.o Solutione Decim & Carapberorum. L.a a 93. 94. VI.o Testificandi modalitate L. 2.a a 40.

§. 5.

Magnates ad Dietam per Regales Literas seorsim vocantur, si non comparent, neque legitime impediti Ablegatos mittunt, ni & alia imitate Communitates, Prælati quidem & Magnates in Pe na 500. Nobiles vero in 400. condemnantur, exceptis legitime impeditis L. 98. L. 1662. 83. Si quis vero sine mandato Regis, aut La latim ex Dieta semet subduceret, vel præsentes a sessionibus & dandis Votis semet contumaciter subtraheret, Pœnam Duplis incurrunt Ibid. Præsentes vero in Sententiabus Regni comitis in locum & Ordinem Prælatorum, suum locum, & sua Vota ha bent, absentibus justis, Nuntiis eorum inter Regnicolas ideo ter assos duos Regni status locum competit, & Vota post Comitatuum Nuncios & Capitula dant. L. 1606. L. & 1667. a 91.

§. 6.

Notandum, quod Juramentum Magnatum olim Prælatorum olim juramento Decem Nobilium æquipollebat L. 2.a a 90 intelligendum, si conjurationes grassarentur; sed cessantibus jam conjurationibus cessat etiam ista Prærogativa. Item quod olim Barones Subbagiones vocabantur. Andr. 2. 70.

De Nobilibus

§. 1.

Nobilis est qui Nobilitari Prærogativa gaudet, vel a Filio, Sopiræ: quem virtus Nobilitat.

§. 2.

Nobiles alii sunt ex vetusta prisca Humorum Liberate, alii creati. Creantur vero per Regem.

§. 3.

Nobiles Regni creantur sex modis: I.o Collatione Bonorum ac Jurium Possessionariorum per Regiam Altatem, cum Sub secuta legitima Statutione facta: seu Donatione Regia L. 29. Ad comprobandam vero per Successores Donatarij Nobilitatem non

non exprimuntur Insignia seu Arma Nobilitaria, sed tantum se Literæ Donationales vel Statutoriæ, cum declaratione Le, sessoriæ Collationis editæ, imo diversum habitis, Literæ quoque Expeditoriæ, super solutione Gravaminum tempore Præscri ptionis Jurium Regalium transcendentes sufficiunt, quia vi lum ex Bonis per Donationem acquisitis devenitur Grava, toria L.a a 6. ex Declaratione autem Successoriæ Collationis Re gratum fuisse Donationem apparebit. II.o Per Literas Armales a Rege datas, absque nulla etiam Bonorum Collatione L.a a 6. Hi Nobiles dicuntur Armalistæ, in Literis enim eorum super Nobilitate confectis Arma Gentilitia seu Insignia exprim solent. Ad comprobandam vero ex fundamento Armalium Nobilitatem requiritur: I.o Armalium Legitime impetratarum & publicatarum productio, vel illius deperditis præcisis causis sufficiens Comprobatio 1542 &c. per 70 1715. confirmata 2.do Deductio Genealogiæ ad impetratorem. III.o Creantur Nobi les per Præfectionem, cum mercum militantibus Filijs, Mulier aut Puella in Bonis Paternis aut etiam Fraternis si Frater ipse etiam Hæredibus careat, & Præfectionem conveni at Masculinum tantum Sexum concernentibus verum He redem Jurium Paternorum, vel etiam Fraternorum, per Re giam Majestatem Præscitur. L.a a 24. & 27. IV.o Creantur No biles per Adoptionem, quæ dividitur in Filiationem & Frater nalem L.a a 66. utraque relatè ad Successionem Bonorum de finitur; quod sit alicui cujusvis Personæ per quempiam He redibus legitimis Carenti, in Bonorum suorum Successio ne permissiva Substitutio, consensu Regio accedente, Fili, ad vero dicitur, cum quis in Filium; Fraternalis dum in Fratrem adoptatur. Requiritur verò ad faciendam Adopti onem, I.o ne non adsint Hæredes legitimi adeoque adoptandi in termine deficiens, seu ultimus Familiæ 2.o Accedat Con sensus Regius 3.tio Adoptatus vel ejus Successores intra annualem devolutionem a tempore decessus ipsius Ado ptantis non veniat in alios a tempore Emanationis Litera rum Conservatium computando Curet se in Bonis adoptan tis statui Lat L.a a 66. Dicitur vero permissiva, quia si ne Regis consensu & permissione non habet negotium Suc cessio. V.o creantur Nobiles per Indigenatum. Et autem In digenatus receptio Extraneorum in publica Regni Dieta ob merita Regno præstita & erga depositionem Juramenti

Talis

Tax regie Legatis in Numerum Nobilium Hungarorum recepti cum subeorum de super Principis Diplomate, 1550. 73. 1661. 20. 1715. 23. VI. Per Generationem, cum ex Ignobi Atavo, & Nobili Patre generatur. L. 1. C. 7. §. 9.

Prerogativæ Nobilitatis sunt Cardinales omnium 1. Quod Nobilis nec in Persona, nec in Domis turbari possit, ni si prius legitimè citatus & convictus existat 1653. 34. 1. 2. 3. Andreæ art. 2. & C. Matth. II. Pacif. Viennen. art. II. 1536. 41. 1661. 10. 1681. 7. Excipitur tamen 1) Factum Criminale commissum in ipso loco delicti, vel in flagranti comprehendi possit, tunc enim sine citatione per quemcunque Rusticum capi potest. 2) Casus Perduellionis, seu Criminis Lesæ Majestatis Augustissimus Rex Princeps quoque sine citatione capi potest. 3) Debita servis prosequi, si enim ubique & in Curia, & Domi constituti capi a quocunque possunt. 4) Excipiuntur ad hoc servientes, Administratores, Provisores, Officiales, non completo servitii anno abeuntes, aut rationes dare de perceptis recusantes, vel non valentes, & alia publicorum subsidiorum percipere. Si enim in Persona sua per Dominos detineri, & per Judices competenter puniri possunt 1622. 65. 1534. 20. Matth. III. 2. 7. art. 33. Uladisl. 24. 3) Nobiles præter Domicilium vel aliqua Bona habentes, & semel Prædonibus ac publicis Malefactoribus associantes instantanee capi possunt, tanto magis, qui & quidem Domicilium habent. II. Fundamentalis Nobilium Prærogativa est, quod milites, nisi legitimè coronati Principis potestati subsint, qui tamen eisdem, præter Principis Majestatem Personam & rebus suis molestare & damnificare negant, sic ac capere primine lesæ Majestatis. 1. 1. & 9. 1723. 5. III. Omnium præcipua dignitatis est, quod ab omni Datiarum, Collectarum, Tributorum, Vectigalium, Tricesimarum ingressionum solutione liberi sunt, & suis juribus & omnibus proventibus liberè utantur. L. 1. & 9. IV. Quod a Telonio navalique solutione immunes sint 59. 1618. 21. 1635. 29. 1656. etiam gravatum facientes Uladisl. III. 84. C. V. Olim in Casu violatæ Libertatis etiam Regi restitendi facultatem habebant. L. 1. & 9. L. 2. & 31. Sed sublata ista facultas 1687. & 1715. 2. VI. Absque Mandato Computorio jurare non tenentur ad testificandum Uladisl. 28. VII. Civitatibus Domos & Bona Civica cum Jure Præemptionis ante omnes extraneos emere possunt, qui vel eis in tali Casu se opponere, in bis mille florenis convincatur per Personorarium exigendis, absentibus omnibus Judicibus venedis, ac inter Executorem Fiscum Regium dividendis 84. 1655. 49. 1659. VIII. Nobiles etiam de Bonis civilibus Testamenta ubique condere possunt 1655. 46. sunt & alia immunitates, v. gr. Domus & Curiæ Nobilium, nec non Parochorum salmi ægrè de Statu Litus sardolicorum, & quorumvis Ecclesiasticorum, quæ a Quarterijs & Contributionibus Militum immunes sunt. 1595. 27. Decimam item ex propriis servis non solvunt. 1563. 70. Uladisl. 1. 30. Reliqua vide in Titulis de Decimis, Nona, & Telonio. §. 5.

Nobiles militare tenentur, & personaliter insurgere, omnes Prælati, Barones Magnates & Nobiles, & sua respective Banderia producere. §. 6.

Nobiles intra Regnum militare tenentur sine Stipendio Legis, extra vero nonnisi pro Stipendio II. Andr. C. 7. 1715. & 1720. 6. §. 7.

Nobiles Stipendiarii in rebus militaribus Dominorum Generalium & Capitaneorum, in rebus vero extra militaribus, Comitatuum Judicatui subsunt. 1655. 7. 1723. 11. §. 8.

Nobilis suspecta Nobilitatis, prout et indubitatus impossessionatus in Civitate residens etiam ratione Personæ Jurisdictioni Civitatis illius subjacet. 1649. 55. §. 9.

Nobiles a Curiis civilibus, ita etiam Officiales Camerarii in eadem Civitatum contribuunt. 1715. 77. §. 10.

Nobilium in Curiis Rusticanis degentium Caducitates Fisco Regio cedunt. 1715. 82. §. 11.

Notandum, quod Nobiles neque Princeps detinere possit ad simplicem querelam. L. 1. & 9. Uladisl. 1. art. 11. & 12. 1723. 5. Item, quod Nobiles olim Servientes dicebantur. L. 2. & 87.

De Civitatibus

§. 1.

Civitas est Civium unitas & Domorum, Vicorumque Curiarum, Plateas, Moenium & Fossarum circumcincta necessarius, ad bene & necque vivendum Privilegiata, unam communitatem constituens. L. 3. & 6. Uladisl. 7. art. 3. §. 2.

Civitates quædam Tavernicorum Regalium Magistri, alia vero

Verso

Personalis Praesentiae Regiae in Judiciis Locumtenentis Jurisdictioni in Judicialibus Subjectae sunt: Subsunt vero Jurisdictioni Tavernicali in Specie: Buda, Pesthinum, Cassovia, Posonium, Tyrnavia, Sopronium, Bartfa, Eppeiessinum, Szakolcza, Szegedinum, Zagrabia, S. Mons Praecia, Carpona, Modra, Pinzium, Kis Martonium, Debreczinum, & Szatmar Nemeth-Ujvár. Ad Dominum vero Personalem in Appellatione spectant: Alba Regalis, Strigonium, Leutschovia, Cibinium, Trenschinium, Varasdinum, Crisium, Kapronczа, Segnia, Cremniczium, Schemniczium, Neo-Solium, Vetero Zolium, Baka-Bánya, Belz-Bánya, Uj Bánya, Libetz-Bánya, Nagybánya S. Rivuli Dominorum, Bazinium, Szent Georgium, Kismarkinum, Breszno Bánya, & Rustinum.

§. 3.

Civitates Liberae Regiaeque dicuntur ea propter, quod certis Privilegiis Libertatae sint, & neminem praeter Regem pro Domino Terrestri recognoscant P. 3.tie tit. 8. & 20. unde merito Regis, & S. Coronae peculia nominantur 1604. 22. Nihilominus tamen Privilegiorum, & Consvetudinum diversitate inter se differunt. P. 3.tie tit. 8.

§. 4.

Civitates Regiae, quartum Statum Regni constituunt, & ideo per Regales vocantur ad Dietam 1608. art. 1. post Coron.

§. 5.

Civitas collectivo nomine Praerogativa Nobilitari gaudet. 1618. 60. 1649. 18. Cives vero Individualiter Ignobiles sunt, nisi privative quis Nobilitatem habuerit.

§. 6.

Civitates Liberae Regiae & Montanae Magistratum in gremio suo Libere eligunt, sine Discretione Nationis 1609. 44. 1613. 40. 1715. 36. suosque Magistros Civium, seu Consules, Judices, Juratos, & Senatores habent. P. 3.tie tit. 10. & quidem Civitatis Judex praeest Negotiis Litigiosis & controversis, Consul Oeconomiae Civitatis, Capitaneus Civitatis quieti & tranquillitati in Civitate procurandae.

§. 7.

Habet etiam quaelibet Libera Civitas praeter Senatum seu Magistratuales Personas alium quoque Senatum, quem in quibusdam Civitatibus Senatum Exteriorem in aliis Electam Communitatem nominant. Antesignanus vero hujus Senatus, s. Communitatis est Tribunus Plebis, qui per Vota hujus Communitatis eligitur, & attendit, post Consulem Negotiis Civitatis Oeconomicis, & quae Senatui praeponenda Communitas judicat, illa proponit, & responsa Senatus ille vicissim Communitas declarat. Haec vero Communitas ex Centum Viris constat, uti Posonii, & hinc Centum Viratus dicitur; alibi vero, ut Tyrnaviae ex 60. Viris; Pinzii denique, & alibi vicissim ex viginti quatuor Viratu.

§. 8.

Restauratio Officialium Civitatensium fit in Liberis Civitatibus quotannis; diem vero per Statuta sua quaelibet Civitas praefixum habet. Et tunc Judex, Consul, Capitaneus confirmantur, aut eliguntur ex ordine Senatorum, quorum numerum solent facere Personae 13. In minoribus tamen Civitatibus, praesertim Montanis, Septem vel Octo. Electio vero haec fit per Vota ipsorum Senatorum, & eorum, qui sunt de Communitate. Sedent autem Senatores ad Tabulam Magistratualem sine respectu Personarum, juxta Senium Senatoratus sui, non obstante, quod aliquis eorum jam prius Judex vel Consul fuerit.

§. 9.

Condunt Statuta Civitates communibus Legibus Regni non contrariantibus saniore, & potiore cum Populi parte facta; & stabilita valent in medio eorum P. 3.tie tit. 2. Immunitates habent in suis Privilegiis, caeteroquin subjacent Legibus & Consvetudinibus Regni P. 3.tie tit. 20. Libertasque eorum a Rege dependet, ex Consilioque Regni. Eorum tamen Privilegia valent in tantum, in quantum Legibus & Consvetudinibus Regni ac Nobilitatis Praerogativae non praejudicant 1649. 15.

§. 10.

Sigilla sua Civitates Liberae ac Regiae a Rege habent, & valent in medio earum P. 2. tit. 13.

§. 11.

Cives Liberae Personae ac bene meritae ad Commendationem ipsius Civitatis, & duorum ad minimum Consiliariorum Regiorum per Armales Nobilitantur 1649. 15.

§. 12.

Cives Regis sunt, qui Civitatibus Oppidis, aut Pagis semet incorporarunt, subditique Regis effecti sunt stabiliter ac publica munia, onera, & servitia supportant, aut saltem supportare obligati sunt, pro ratione status & Conditionis suae.

§. 13.

Bona Civilia Civium deficientium in Fiscum Regium tanquam per Notam Infidelitatis, per defectum vero ad Civitatem devolvuntur 1647. 87. per 16. 1649 confirm.

§. 14.

Cives sub aliquo Domino Terrestri haereditates habentes ratione ipsarum coram eodem Domino cuilibet querulanti, prout etiam ratione Excessuum in facie talismodi Territorii patratorum Juri stare tenentur 3.tie tit. 18. Ulad. III. 38. Pariformiter ratione Bonorum extra Territorium Civitatis possessorum

rum, & Negotiorum exinde emergentium, coram competentibus & communibus Fori Judiciarij Regni Juristare obligantur & Dominis in quorum Terris Bona habent Nonam solvere tenentur. Uladsl. 38. III. 3ia & 19.

§. 15.

Cives Liberarum Regiarumque Civitatum in eorum Homagiis Nobilibus Regni equiparantur, in aliis tamen Libertatibus in aquales habentur. L. 3. & 9.

§. 16.

Cives Civitatum Regiarum Factiones suas coram Magistratu Civico collective, vel coram Judice & Juratis aut duobus conventibus celebrant, qua Factio eorum alibi facta, in medio eorum non valet. 3ia & 13.

§. 17.

Cives in Domis & Dominis Nobilitaribus intra vel extra Moenia Civitatis habitet nullam Jurisdictionem habent, & non ipsarum, sed Regia Collatorum, & Judicatui Judicum Regiorum ordinariorum & Comitatuum subsunt. 1649. 16.

§. 18.

Collectas & Contributiones Regni solvunt, non obstantibus quibuscunque Libertatibus ipsis per Regem datis & dandis. Sigismund. 2. art. 10. Taxantur autem per Consiliarios Hungaros, & Cameram Regiæ Majestatis Rudolphi 3. 1595. Et in exigenda Contributione, Regnis Homo assistit Judicibus Civitatum. Ferdinand. 1572. 21.

§. 19.

Cives in Domis Violentiæ patientes, coram Comite conveniuntur L. 3. & 19. Uladsl. III. 38. & ob non restitutionem fugitivorum Colonorum in L. 300. Convincuntur. Uladsl. III. 29. 1671. §. 3. & 19.

§. 20.

In Causis Civilibus, pro Hæreditate motis, Extraneorum Testimonium in medio earum non valet, secus in Debitis & aliis Factis L. 3ia & 12. Sicut nec Civium Testimonia pro Nobiles valent. L. 3. & 9. Jam autem valent Servo art. 26. 1729.

§. 21.

In Causis Criminalibus a Civium Sententia non appellatur in Reum innocentem damnare vellent. 3. & 11.

§. 22.

Cives Subditione & Repulsione non utuntur.

§. 23.

Cives Sacramentum coram Judice Juratis peragunt L. 3. & 17.

§. 24.

Civium Præscriptio est unius Anni, & unius Diei L. 3. & 15. Olim autem duodecim Annorum erant; L. 1. & 78.

§. 25.

Cives a Dominis suis taxantur. 1715. 78.

§. 26.

§. 26.

Cives remedio Juris in Causis suis utuntur, pariter & jure gladii. L. 3. & 11. 20. 32. Cavere tibi Dominus sibi debent, ne ullius gravem, præcipuè tamen Nobilem sine justa causa morti tradant, sub amissione omnium Bonorum & Hæreditatum, gravium duo pariter Regni tanquam Domino in eorum Terreni, terria vero Advocatio, i. e. innocenter executi Fratres & Proximi, vel his orti existentibus proximioribus Consanguineis cedit. L. 3. & 20.

§. 27.

Civitates Regiæ a Telonijs immunes sunt 1546. 30. 1550. 29. 1655. 29. Uladsl. III. 72. 1618. 21. 1622. 46. erga tamen Decimales Civitatum. 1548. 39.

§. 28.

Cives de Bonis civilibus coram Senatu aut Judice Civitatis, vel coram duobus civibus & Notario illius in cujus Territorio Bona habent, prout cujus Civitatis usus & Consuetudo est, Testamenta facere tenentur, qua Factio eorum quatenus de Bonis civilibus alibi facta non valet. L. 3ia & 13. 1655. art. 46.

De Rusticis

§. 1.

Rustici sunt Coloni, & Jobbagiones in Fundis Dominorum Terrestrium residentes.

§. 2.

Legitima Dominorum Terrestrium in Subditicos potestas est: quod sine voluntaria permissione Dominorum eorundem, & absque petita, judicialiterque obtenta, violenter Regredientes abducti. Alaud. VI. art. 29. Uladsl. 97. et sive violenter abducantur, sive clam aufugiant, Domini priores tamen restitui debent. Violenter vero abductorum, vel etiam aufugientium Colonorum Bona Mobilia & Immobilia Dominus Terrestris occupat, & ipsum extra Villam libere potest curare capi 21. 1536. si vero sponte redire volunt ad priores fundos liberè permittuntur 21. 1536. II. Quod Census & Collectas ex constitutionibus Regni debitas ab iisdem Dominis Terrestribus exigere, possint. III. Quod ex eorum parte cuilibet quæratanti Domine Terrestri Jus sistere, substitutamque primum impendere teneantur. Bar. 3ia & 26. & 28. unde omnes quæstiones primario protenuntur in præsentia Dominorum Terrestrium legitime Sigism. 3. 16. IV. Quod in Criminalibus capitalibus ex consuetudine possint. Cap. II. 2. Dub. art. 90. V. Quod pro aliquibus delictis sive condemnatus fuerit, talis Colonus & pro eam debitam subire debet art. 90. 1548. & pro Judicio condemnatus, & fide jussione obligatus Domino suo satisfacere & manere. 1559. 39.

§. 3.

Daneur etiam liberæ Migrationis Rustici, qui facultatem Domini

Suam

suum deferendi, & se ad alium Dominum Terrestrem conferendi
habeat, gravamen regulatur art. 101. 1715. & 60. ac 61 1723.

§. 9.

Ruserci Dominis suis Terrestribus mera & perpetua Rustica
tate subjecti sunt L. 3. tit. 26. §. 2.

Rustici praeter Laboris mercedem & proemium in Terris Domini
sui, quantum ad perpetuitatem attinet Juris habent, sed totius Terra pro
prietas ad Dominum Terrestrem spectat. L. 3. tit. 30.

§. 6.

Rusticum ob delicta nemini capere licet, sed Dominus Terrestris
tenetur eum captum gravibus adversarij tradere, qui eum intra qui
decim dies in carceribus detinere potest, sine tamen ullo detri
mento corporis sui irrogando, sub poena homagii. L. 3. tit. 26. 28.
Ludov. 1. art. tit. 1613. 23.

§. 7.

Ruserci cum Nobilibus non litigant, sed pro eis Dominus Ter
restris L. 3. tit. 31. 1512. 36.

§. 8.

Rustici malefactores puniunt inter se. L. 3. 33. Rgiam. 2. 5.

§. 9.

Rustici in causis Jurisdictionalibus Remedijs uti possunt. 1635. 17.

§. 10.

Ruserci Testamentum condunt coram duobus Sociis Juratis
Personis Rusticis quinquatrive potius, quam scripto. Rusticus re
so tertiam si Sorcem impuberem ad Sue habeat, alium ei substitu
it, ut si huic impuberi liberi contingat, tic substituens succedat, si re
so naturalis sanet Legitimam adegerit aetatem, substitutio extin
guitur L. 3. tit. 30.

§. 11.

Rustici Filius & Filia emancipata in recessu Patris tam Mo
bilibus quam Immobilibus avitis Jure succedunt L. 3. 29. infrata.
non Armer 12. Juristen vrequeunt. 1613. 23.

§. 12.

Rustico si intestato decesserit, omnia ipsius Bona tam Mo
bilia, quam Immobilia ad Dominum Terrestrem devolvuntur.
L. 3. tit. 30. Pariter, si Rotam suis debitis officijs incarcerit, aut si
men Jure Aetatis commiserit, impertubate Domini Terrestris
succedunt.

§. 13.

Rustici Uxor secum a Conjugio ex ea nati, imprimis Uxoris &
acquisitis Bonis non succedunt. L. 3. tit. 29.

§. 14.

Notandum, quod olim Ruserci coniugia Nobiles non junxerint
L. 3. tit. 27. quod tamen sublatum art. 26. 1729. Item, quod Ru
stici Nobiles Uxores habentes si in Territorio Colonicalibus
residente Domino Terrestri subsint, si autem multum Domi
nium Terrestrem recognoscunt, in Uxoris Domi residentes, &

mitatensium Judicum Judicio subsint, ex hac ratione, si in
teritas patent, ad instar Nobilium in Jure atteudi possunt.
Ja 1659. 1687. 18.

De Colonis

Ad Jura promissum statum Rusticanum referuntur etiam
Coloni, qui vel libera Migrationis Gomine sunt, vel ex obliga
tione sponte assumpta, per tempus conventum servientes, & liber
vi dicuntur.

§. 2.

Coercetur vero Dominorum in servos tales hac ratione, quod nim
rum: 1mo Dominus pro ratione Conventionis Libere tiandare
possit. 2do Inobedientem & delinquentem, pro qualitate inobedi
entiae delicti, poena afficere, etiam si atras Nobilis Jurisdictio
nus. 3tio si ad exequendum assumptum servitium impar repererit,
dimittere possit. 4to Ignobiles in Jure statuere potest. 5to tit. 26.
Legem dedit Uladislaus VI. 38. Regni 23. 6to Fugitivos repetendi Jus ha
bet. 1715. tit. 1723. 60. 7mo Dominus in bello existens, etiam si tem
pus conventum expectum fuerit, tamen usque redeuntem in pri
stinos Lares detineri potest. 1552. 11. In Causa contra Domi
num instituta, quando veritas testimonium Nobilium, aut
aliarum Documento, vel aliter exui potest, a testimonio contra
se perhibendo amovere potest, 21. 1729.

§. 3.

Talium vero Servorum officium est, quod 1mo Talibus servis
Domini Personam & Domina semper honeste tractare esse
debeat. 2do Domino adversus Inimicos opem & suppetias ferre.
3tio Ante exitum Anni abitum suum Domino significare. 1552.
11. 4to Fidelem esse in omnibus & avertendi damni & procura
di emolumenti studiosum. 5to De rebus sibi concreditis ratio
nem reddere. 1622. 65. 6to Servitio suo utiliter fungi. 6to Con
vento tempore in servitio constantem esse. art. tit. 1715.

§. 4.

Libera autem Migrationis Coloni seu Tabularis ex Bona
alrorum Dominorum Terrestrium conversantes, & Colo
nicalem, vel censualem, aut Inquilinariam obligationem
assumentes Recursum Conventionem cum Domini suis ini
tam eisdem obligati manent. 1723. 61.

§. 5.

Jus Dominale quoad Coloni convictit in perpetua obligatio
ne subsistendi quoad Tabularis vero & Servitores in Conven
tione 1715. tit 1723. 61. §. 6.

Coetus vel Rusticus in Dominicalibus residentes sine
Dominorum Terrestrium commendatione & Conventu, nec

Bona

Donatione Juris, nec per Literas Armales nobilitari posse. 1622. 17. & 1630. „ 30. verum ad nobilitandum Colonicalis conditionis hominem, conditionem illam actu exercentem opus requiruntur: 1o. Commendatio, imò si talis perpetuò subjectus hereditariam conventionem speciales Domini Terrestres. 2o. Comitatus Jus, in quo reperitur, Commendatio. 3o. Publicatio Armalium in Comitatu illo, in quo Impetrator earum residet, & quidem a Die emanationis, nec a Annum fronda 1622. 17. 1665. 30. 1630.

30.

§. 7.

Migratio Colonorum cum licentia Domini fiat, vitæ verò miseriæ & Fatigationes non amittit, sed proventus prior Domino cedunt. 1556. 29. accepta vero licentia Dominus cum non impediat. Vigl. 2. art. 16.

§. 8.

Colonus fugitivus dicuntur qui violata obligatione sua, Dominos suos, quorum dominicæ potestati subjacent, deserunt, aut spe ab oneribus Dominalibus vel publicis vendet subtrahendi aut desertorio animo a migrandi Libertatis, aut appetitu ipsi quasi innato novas Dominos Terrestres habendi.

§. 9.

Jus verò & Actionem repetendi fugitivi Colonum habet omnis & solus ille, a quo Persona repetenda violata obligatione sua profugit, utpote ignobiles, publicis Oneribus subjectos exper tere possunt, tam Dominii ipsorum Terrestres & Creditores, quibus vel perpetuo, vel juxta Art. 1723 temporaliter subjecti erant quam Communitates, ut sunt: Districtus, Comitatus, Civitates, Regiæ, ac Oppida Privilegiata, e medio quorum profugerunt 60. art. ibidem.

§. 10.

Repetendi verò sunt profugi ab omni, & solo eo, sub cujus Jurisdictione delituerunt, sive sit ille privatus Dominus Terrestris seu Communitas restituere tenentur tales omnis ille Status cujus Jurisdictionem se contulerunt 60. 1723.

§. 11.

Repeti debent medio Judicii Nobilium & adjungendi Juras Soris illius Comitatus, in quo profugi delituerunt, qui a omnis Dominio in negotio Forum Comitatense concernentibus per hos fieri solet, repetitio verò profugorum est repetitoria Admonitio

§. 12.

Repeti debent per Collectoralem Inquisitionem, hæc verò talis debet, in qua Nomen & Cognomen reperiri profugi & repeti Cu rantis, ac Admoniti, locus ubi ille delituit, & unde profugit, dec ratum sit & Expensarum, & Testium Factionibus roboratum. §. 13.

§. 13.

Repeti potest profugus non semel tantum, sed pluries in infinitum donec restituatur Herit. 1556. 81. per 1723. 60. confirmatur

§. 14.

Non tenetur vero talis sub cujus potestate est restituere Colonum fugitivum priusquam non ejus onera passiva deducta sint; onera vero ejus passiva sunt 1o. Restantia Contributionalis Quanti. 2do. Debita privata, & Restantia Urbariales, quibus respici Dominus aut Communitati tenetur. 3o. Debita, quibus subditus aut Servitionis ipsius Domini obligatur 1556. 28. Mi si dominus Colonus talis Debita sua non valeat persolvere, detineri non potest, quia 1o. Detentio personalis extraordinaria Juris Via fieri non potest Par. 3. tit. 28. 2do. Ex æquitate, ne secus ac nemo Colonos, nos usurpantes, invitentur motivo suos efficiendi, ad invol vendum debitis alios.

§. 15.

Effectus vero hujus Admonitionis est, quod admonitus teneatur petitum a se Colonum aut Inquilinum citra ullam vel Servitutem, cum tota sua familia, & rebus omnibus etiam mobilibus dicto tempore sub illius Jurisdictione acquisitis extra dare teneatur, sub pœnâ Legali. 60. 1723.

§. 16.

Pœna vero non restituentis fugitivos Colonos, item profugos petitos alio tractu locantis, ad est Dominii impedientis, quo minus Colonus accepta Licentia libere migrare possit, est ad primam Admonitionem fl. 100. post secundam vero fl. 200. post tertiam de migrare liberam transmigrationem non admittere, in amissione illius Civitatis vel Oppidi aut Villæ, vel portionis ibidem habitæ migrat talis Colonus residebat. 1556. 30. 1618. 48. 1659. 69. 70. 1715. 101. 1723. 60. Conf. 1695. 52. 1699. 54. 1622. 28. 1647. 53. toties quo ties devenerit a 1635. 81. 1715. 101. Eadem hæc pœna est Dominio Colonum redire volentem non recipientis 28. 1723.

§. 17.

Colonus fugitivus post 32. Annos repeti non potest 1625. 52. 1625. 52.

§. 18.

Colonus per Magistratum Comitatensem manutenentur; ecclamatione aggravationis in mobilibus Oneribus extraordinariis 1723. 18.

§. 19.

Colonorum fugitivorum Causas Comitatus judicat 1715. 28.

§. 20.

Necdum hic adhuc venit, quod in hac materia non valeat Doc. si minorum Curatio Admonitionem adjungatur Anno 1556. art. 81.

Item

Membrum IV.um

Caput I.m

De Judicibus in genere

§. 1.

Jurídica seu Judiciaria exerceneur in Hungaria per ad hoc ordinarios Judices, ut; in Civitatibus & oppidis Liberis per Magistratus; in comitatu per Vicecomitem, Judicium, Sedesque Judiciarias; in Tabulis Districtualibus per Praesidem & relignos Assessores, ad quos omnibus Appellatio fieri solet ad curiam Regiam.

§. 2.

Judex est Persona singulariter vel collective sumpta, causam ratione jurisdictionis sua subjectam, juxta Leges & Consuetudines Patriae discutiendam publica auctoritate & Jurisdictione aucta ac praedita. Tit. 10. gr. 1. & Prolog. 13. & 14.

§. 3.

Dicitur vero Judex, quasi jus dicens aut jure discernens i. e. Justitiam populo juste & secundum Leges administrans. Ibidem

§. 4.

Judices seculares dividuntur in Ordinarios Regni Judices superiores, Ordinarij Judices Regni dicuntur: Palatinus, Judex Curiae, & Locumtenens Alaud. 66. Uladisl. 30. 72. & 70. & relignis praerea, quod in curia Regia, Tabula Septemvirum septem viros, & Regia, quin liber Causam eorum instituendam, aut per viam Appellationis ex sententiis inferiorum eorum deducendam discutiant. Inferiores vero sunt, qui in Tabulis Districtualibus, Comitatibus, Civitatibus Judicia exercent; dicuntur vero & etiam Vicedani, seu Vicarij, vel ideo, quod olim tales non vehebantur Curru, sed pedibus proficiscebantur ad Forum, superiores vero Judices seu ordinarij Curru vehi solebant. §. 5.

Requisita in Judice sunt: 1.m ut sit peritus Legum, sapiens, & literati scientia praeditus, quia ignorantia Judicis, est calamitas Litigantis, & locus potissimum requiritur in Judice superiori, qui defectum inferiorum Judicis dirigere & supplere debet Tit. 9. gr. 22. 2.o Ne sit avarus, quia avaritia munera affectat. 3.tio Lateribus animi Castus, ne moveatur Precibus, amore, odio, nec ullo Personarum respectu. Tit. 10. gr. 22. 4.o Officium etiam regis, matura singula discutere, ne citius praeceps in ferenda sententia, quia praecipitantia est soror crudelitatis. 5.o Ne sit animi Crudelis, nec animi Pius, ne dum, quia in Justitia conjuncta cum misericordia continetur, cognitus esse videatur. Decretal in Articulo 33. Uladisl. d. 1. contenta ad strictum Alaud. 6. 73. Uladisl. 2. 7.o Habeat Sigillum cognoscibile 1492. 34. idest ad insigne proprium exculptum. 8.o Se

Summatim tres sunt causae adjudicationis expensarum: 1mo Temerariorum Litigantium ex Stat. Reg. 1715. & aliarum ibidem citatarum. 2do Contumacia Rei, qui, quod alterius est, vero recusat, ex eoque juste in Expensis condemnatur: quia occasionem damni dati, ipse damnum debisse videtur. 3tio Cum quis ex Pacto ad expensas se obligat Debitum. 2.

§. 28.

Haeres ultra valorem Bonorum ad se devolutorum solvere Debitum non tenetur.

§. 29.

In solutionibus Pignorum Debitorum pecuniaria satisfactio requiritur. L. 2do ff. 95. In defectu autem parata pecuniae, & juxta possessionariorum, ex rebus mobilibus facienorum, & facile in pecuniam convertibilibus fit Executio Stat. 1659. juxta Condignorum valorem. 1mo ff. 134. Per pecuniam autem hic intelligitur omnis moneta pro tempore currens ejusdem bonitatis L. 2do ff. 15. Solvere

vero non valentes, tam Nobiles, quam Ignobiles, i. Judicum omnes, detinentur & ad Satisfactionem compelluntur L. 2do ff. 25.

§. 30.

At Ecclesiastica persona pecuniarum satisfactio requiritur, & si moluerit, aut non poterit, ex Bonis Ecclesiae, donec de Bonorum suorum Debita recuperari possunt, satisfactio est impendenda L. 2do ff. 45.

§. 31.

Si cui Parti in Causa Debiti Juramentum adjudicatum fuit, illudque depositit, ad Appellationem talis Pars non admittitur. Quod in aliis etiam fit. Stat. l. art. 72.

§. 32.

In Causis Debitorum, Novum etiam Judicium admittitur, prout in omnibus Ordinariis L. 2do ff. 77.

§. 33.

In acquirendis Debitis Nobilis Juramento suo recuperabat Bona: 4. Ignobilis vero fl. l. L. 2do ff. 32.

§. 34.

In Causa Debiti Actor tribus probandis, Jncãto Civis solus juravat. L. 2do ff. 17.

§. 35.

Secundum Art. 42. 1723. Debitor non tenetur exsolvere, si si facta exsolutio superinscribatur Obligatorio in Capienda positis.

§. 36.

Art. 52. 1715. Statutum est, Debitores Processus, sub motivo ex tra Possessionem Bonorum Cessionis, pro Annis Mortuam Interesse non solvat.

Caput LVII
De Commodato

§. 1.

Commodatum est Contractus re mitus, quo res gratis ad certum Usum, & tempus ea Lege conceditur, ut finito Usu, & tempore in specie restituatur Stat. l. 6. pr. 22.

§. 2.

Commodator est qui dat. Commodatarius, qui accipit.

§. 3.

Datur in Definitione 1mo Re mitus, quia Contractus commodati non oritur, nisi res interveniat, & realiter tradatur. 2do Ut per quod distinguitur a Locatione, Conductione, Venditione & Hypotheca. 3tio Ad certum usum & tempus, per quod differt a precario, quod neque ad certum usum, neque ad certum tempus necessario concedunt, sed ad beneplacitum & revocationem, pro arbitrio Concedentis durat. Item a Pignore & Depositu, quia in his usus rei accipienti non est licitus. 4to Conceditur, quia in Commodato

modato Dominium non transferre, sed tantum vero relinquitur alteri. §. 5. No finito usu & tempore; usum enim & tempus determinatum, si transgrediatur Commodatarius, precario vindicari, cuivis, rebus violentus detentor. 6. In specie reddatur, quibus rebus differt a Mutuo in quo non redditur eadem species, sed idem genus.

§. 4.

Effectus Commodati est: quod tribuat Actionem commodanti, & ejus Hæredibus contra Commodatarium, ejusque Hæredes, ut res commodata usu & tempore finito, in specie, & in eodem statu restituatur; si vero deterior facta est simul quid interverit, præstet, si nempe culpa lata, vel levis quid causatum fuerit.

§. 5.

Commodati Actio contraria est, quæ fit contra commodantem. Hæc Jure Imperiali etiam datur Commodatario, qua repetit nomine rei commodatæ, quod sua interest, Jure vero Civili non datur, eo, quod sua culpa videatur damnum absque Commodatarius sentire, cum meum habeat scire rem, gratiæ commodaverit.

§. 6.

Commodans rem commodatam ante tempus non poterit revocare; 1. Quia Donatio ob Supervenientes inofficiosum revocata non potest, ergo nec commodatum. 2. Cum utrique indigeat, in pari mora Lis est Conditio possidentis. 3. Quia nemo potest mutare Consilium in detrimentum alterius. 4. Quia Contractus Legem dedit. 5. Quia secus non sæpe differtur precarium.

§. 7.

Procedendum est Commodanti Processu repetitorio, seu ad rei Commodatæ Restitutionem, & restitutionem, quod interesse tum & Judicatum, pro ratione quanti rei Commodatæ, juxta Arrum 35. 1729. nancisci tur.

§. 8.

Quæstio hic oritur; Ad quem spectet periculum rei? Si culpa, aut Incuria Commodatarij perierit, damnum quod, ad eundem redundabit, si autem casu fortuito ad Commodantem. Sine autem tres casus, in quibus etiam si casu pereat Commodatum damnum redundabit ad Commodatarium, & quidem 1. Si expresse convenerit inter Partes de præstando Casu, quia Contractus ex Conventione Legem accipit Vlad. 38. 2. Si Commodatarius hora finito, interpellatus non restituit Commodatum, propter Moram tenetur. 3. Si Culpa Commodatarii intercesserit. 4. Casus quando venit Commodatum per Personam minus idoneam.

§. 9.

Hoc Casu & reliqui enumerantur 4. Casus fortuiti: Incendium, Ruina, Naufragium, & Latronum & Hostium incursus.

§. 10

§. 10.

Datur Actio Commodanti, vel ejus Hæredibus, contra Commodatarium, ejusq; Hæredes: 1. Ad exactionem Commodati, non finiti. 2. Ad restitutionem rei, quando dolo aut Culpa Commodatarij perierit. 3. Quando deteriorata. Cod. tit. 17.

Caput LVIII.

De Locatione & Conductione

§. 1.

Locatio, Conductio est species Contractuum, Consensualium.

§. 2.

Locare dicitur qui pro concessa certa Mercede, usum rei concedit.

§. 3.

Conducere verò dicitur sive Conductor, qui accipit usum rei pro certa Mercede. Et sunt relativa, cum hæc Locatio sine Conductione, hæc illa constituitur: Sicut nec Emptio sine Venditione, & vicissim.

§. 4.

Locatio Conductio est Contractus Consensualis, quo usus rei, vel opera Personæ concedituir pro certa Mercede.

§. 5.

Locatio Conductio tria essentialiter involvit: 1. Consensum mutuum, quo solo absq; traditione alterius partis perficitur. 2. Rem locandam, vel alterius operam ab altero præstandam. 3. Certam Mercedem. Quo hic differt a Venditione, Emptione in qua Dominium transfertur. Locatione autem tantum usus, & Mutuo eadem ratione a Commodato, quia Commodatum gratis conceditur: a Pignore, in quo nec usus, nec Dominium transfertur: a Depositi, ubi nec usus, nec Merces, & a Fidejussione, quia nulla res transfertur, nec usus, nec merces intercedit.

§. 6.

Locatio Conductio communi vocabulo Arrendatio nuncupatur, & in Jure etiam nomine Arrendationis venit. Ibid. 19. 1715. 52.

§. 7.

Locare & conducere possunt ii, qui contrahere.

§. 8.

Locari & conduci possunt quælibet res Mobiles, & Immobiles modo res sint extra quæ non communicantur, aut extra Commercium humanum positæ non sine pariter quælibet opera honesta.

§. 9.

Locatio seu exarendatio speciali Lege regulata non est, sed arbitrio contrahentium permissa.

§. 10.

Locator tenetur Conductori: 1. Unum rei Locatæ modo & tempore per Conventionem determinato concedere, negare ante Conventum tempus revocare, quia Conventio Legem dedit. 2. Quia ad usu

ad usum sunt necessaria in re locata reparare. 3.to Damnum, si quod ex vitio Rei ignoto Conductori illatum est resarcire. 4.to Damna dolo, culpa lata & levi Conductori causata, pariter &c. persas in rem locatam necessario factas Conductori resarcire.

§. 11.

E contra Conductor obligatur 1.mo Rem conductam non deteriorare ante tempus Conductionis, nam & sciens ad locam pensionem tenebitur. 2.do Transacto tempore conductionis rem in specie restituere, damno dolo & culpa causata Locatori resarcire. 3.tio Tempore conducto pro integram mercedem solvere: secus ex mora culpabili, etiam ad Interesse tenetur.

§. 12.

Obligatio unius & alterius indivisibilis tamen ex Conventione est pretenda, & exagitate.

§. 13.

Si Locatum pereat Casu, damnum spectat ad Locatorem, observario tamen Conductionibus occasione commodati superius denotatis. Levem tamen Culpam praestat Conductor depositi Locati.

§. 14.

Locatio tranvit ad Haeredes, tam Locatoris, quam Conductoris.

Caput LIX
De Deposito

§. 1.

Depositum est species Contractus ex iniq. Utriq. Contrahentium, quo res quasi custodienda alicui traditur eo fine, ut eadem in specie quando cunq. Deponenti, vel Haeredi ejus libuerit restituatur. 1622. th. 1638. Dicitur 1.o Res inter alios, quia non aliter quam interveniente Rei voluntate Locatio inter Extraneos iam si numerata pecunia intervenerit, vel nec Merces, erit Locatio. 2.do Custodienda. Hoc enim est forma Depositi, & per hanc differt ab aliis Contractibus ex iniq. Signidem in aliis res ad Custodiam non datur. 3.to Traditur, cum quia res deposita propriae alteri non datur, quia Dominium Rei, non transfertur. Immo nec indicetur, Res immobiles deponi non posse, quia proprie tradi non possunt. 4.to ut in eadem specie. Est enim Obligatio Depositarij, ut eadem, in specie reddat; per quod differt etiam a mutuo. 1647. 106. 5.to Quando cunq. deponenti, vel ejus Haeredi libuerit. Sic enim vel mactivo Contractus tempora Depositi, non ad Nutum Deponentis, restituendo. 1647. 106. & 28. 1638.

§. 2.

De Deposito oritur Actio directa Deponenti, vel ejus Haeredibus adversus Depositarium, aut ejus Haeredes, ut res deposita

sita non deteriorata, rerum in statu quo restituatur. 1622. th. si vero deteriorata fuisset, quod interesse resarciatur. Item vero Actio Contraria competat Depositario contra Deponentem id arbitrio Judicis esse relinquendum.

§. 3.

Tenetur autem Depositarius ad restituendam in specie, & integro, ac in statu quo Rem Depositam, uti jam dictum. Si vero contigerit, rem in statu restitui non posse, ad praestandum Dolum, culpam item Latam, ac levem obligatur, nempe si dolo, aut culpa tali, depositum periit, aut deterioratum est, th. 1087. 5 & etiam expensas Litis refundere, 1715. 28. non item ad praestandum Casum fortuitum 1622. th. vid. & 10.

§. 4.

Depositarius re deposita uti non potest invito Domino, Custodia enim tantum habet, & non usum rei. Si usum vero Rei deposita acceperit invito Domino Deponente erasitur Actio Violenta th.

§. 5.

Depositarius rem Depositam, cum periculo rerum suarum conservare non obligatur.

§. 6.

Depositarius cum Poena, res depositas non restituendo in mora erat infamia & restituendi Dupli 1622. th. dum animadvertendo, hos non observasset. Exposit praemissâ admonitione adversum eos, tanquam vio Lentos decentores, Processus violentiae agendi fuit 1638. 28. Sodiè ad restitutionem simplicem, cum deductione Expensarum 1715. 28.

§. 7.

Actio Depositi Formam & Judicatum accepit instar Actionis Debiti pro ratione, tempore quantitatis diversum 28. 1729. 29 1715. 31.

§. 8.

Causa Depositorum tempus 32. annorum, si quorum a Ligeae capaces, alioqui incapaces sunt: non excedentium, & ratione quorum Casus fortuitos non intervenisse Clarè constat, extra Dominium appellantur. 1729. 28. Alia intra Dominium contrarium ejusdem sensus.

§. 9.

Depositum defuncto Deponente Haeredibus & Successoribus ejus restituendum. 1622. th. 1638. 28.

§. 10.

Depositarij duplicitèr excusantur a restitutione 1.mo si, compertum fuerit, res ab ijsdem vio Lenter ablatas esse th. 1622 2.do si Depositum non Culpa, non incuria sed Casu perierit, quia Depositum, ut jam dictum regulariter solum Debita

recipit

recipit. Reg. 29. per cujam tamen intelligebatur Leven & Leiriam vid. Reg. 2.

§. 11.

Depositarius de Deposito furtim subrepto, Juramento proprio se evadere potest, & tenetur

§. 12.

Causa Depositi pertinet ad Tabulam Districtualem Of. 1728. olim ad Prothocol. Of 1715.

§. 13.

Depositi generaliter considerati, species esse segregatum, quod est Bonorum litigiosorum ad manus communes negre ad Decisionem Causæ assignatio l. 20 ff. 29. Mad. l. 62 Sigl. 17. 18. 19. 20. Mad. l. 11. 26. 27. 1723. 46. Deo di Lapidationibus est constitutum. Segregabuntur vero Bona l. decedentium, in quibus Inbium erit, an ad Fiscum Regium, vel Fatres Donatarios, aut Bona decedentium fœminei sexus pertineant. Ibid. 2. De duo vel tres Donatarii prosequuntur. 3. Super quibus Donatarius & Fiscus optimis conveniunt.

§. 14.

Depositum vero possunt res mobiles, ut supra dictum Num. 1. Res alienæ, quia hic non agitur de Jure rem alienandi transferendo, sed persona tantum obliganda.

Caput LX
De Emptione & Venditione

§. 1.

Emptio Venditio Licet unus sit Contractus, nihilominus Actus, nempe Locati & conducti inseparabiliter connexos involvit, Emptionem scilicet & unius, & Venditionem & alterius partis.

§. 2.

Emptor est qui pretium offert pro re. Venditor vero qui offert rem pro pretio.

§. 3.

Emptio Venditio, est Contractus solo Consensu initus de re, pro certo pretio tradenda, seu quo do re pro certo pretio tradenda: convenitur, & vicissim de pretio pro re dando.

§. 4.

Ad substantiam Emptionis, Venditionis tria requiruntur nempe: 1. Res certa, quæ venditur & merx appellatur, si quæ Emptio Venditio fieri non potest. 2. Pretium certum, & quidem pecuniarium, quod estimatio est Emptionis & Venditionis, & sine qua nulla Emptio. Pecuniarium propterea, quia res & res datur, fit permutatio, & non Emptio Venditio. 3 Consensus vero tam Emptionis pretium dandum, quam Venditionis rem tradendam. Quia omnem Contractum Consensus facit.

§. 5

§. 5.

Contractus Emptionis Venditionis solo Consensu perficitur l. si quis pro Venditio pure celebrata est sine conditione, nec in diem, tunc statim ac Conventum est, perficitur, licet nec pretium datum, nec res tradita sit, & ne arrha quidem data fuerit. Si vero sub Conditione celebrata fuit, non prius dicitur perfecta, quam Conditione adimpleta, per quod enim conditionata ab effectu Conditionis, & sine Emptio alia est pura alia Conditionata. 2. Si Conventum fuit, ut Contractus scriptus ineatur, Emptio, Venditio, non aliter perfecta est, quam si Instrumentum desuper confectum fuerit, quia non censentur finem habere quo adhuc dubitatur ad agendum. 3. Demum. Si Emptio, Venditio sit rerum, quæ ponderi, numero, aut Mensuræ consuetæ subjacent, rum rerum, non perficitur prius quam numerata, mensurata, vel ponderata fuerint res, quia tacite censentur venditæ sub Conditione mensurationis, numerationis, vel ponderationis.

§. 6.

Emptionis Venditionis gravitatem incumbit probare allegan ti, quia asserenti incumbit probatio potissimum, quando quis in tentionem fundat in assertione. Ubi si non probaverit, tenebitur Conventionem Verbalem sufficere.

§. 7.

Valet Emptio Venditio. Si determinatio etiam pretii in arbitrium tertii conferatur, æstimando minimum rem per tertium; vel in arbitrium plurium indeterminate, quia nulla regula subest, quin potius affirmat arbitrio Of. 1729. quo compromissum pariter rerum & pretum habetur, præterea quia hoc in Casu ad esse pretium sufficiens certum.

§. 8.

Emptio, Venditio est alia perennalis dum res pro perpetuo & irredimibiliter venditur l. 1. 2. 59. alia hypothecaria dum res ad certum tempus tantum, ita venditur, ut tempore illo evoluto cum depositione integralis Summæ & observatis Conditionibus redimi possit l. 1. 2. 62. Perennalis alia est cum Clausula: Nullum Jus, nullamve Superioritatis Dominii &c. reservando, alia sine hac l. 1. 2. 69. Irrevocabilis dicitur simplex quando nulla evidenti necessitate, & nulla rationabili de Causa celebratur, alia rationabilis quæ manifesta, & de rationabili causa fit; alia necessaria, quando nempe extrema necessitate urgente, l. 1. 2. 59. & hæc semper valet l. 1. 2. 50. 1723. 96. Ex his alia sunt revocabiles & reemtibiles, alia, quæ retractari & invalidari non possunt l. 1. 2. 59. 62. Demum alia indigent Consensu Regio & Salutario, alia non l. 1. 2. 63 65. 66.

§. 9.

Emere & Vendere possunt omnes, qui contrahendo se obligare

possunt.

possunt omnes. qui contrahendo se obligare possunt, nec specialiter prohibentur. Removeo regnariter s. extra casum quo id ratione boni publici exigit, cogi potest ad emendum & vendendum, pro publica possunt nec necessitas. §. 10.

Emi & vendi possunt aliqua sine omnes nec pretio aestima bilia, & non exempta a commercio humano per suas Naturalia, Sententiam aut positivum, ac specialiter non prohibita alienabilia. Unde licet emi & vendi Vita, membra corporis, res spirituales, quia Juri naturali repugnat. Item via, & area res publica, quia a sine Senatus extra commercium humanum. Item res specialiter prohibita, sicut Debita Exteri cum 1682. 21. Donatio majoratus 1687 g. & avitica haereditaria s. excepto certo Casu bus Jure peremptali l.a ad 39. quia suspitivum desistit.

§. 11.

Omnes & sola res acquisita possunt alienari, etiam Venditione simplici, per ipsum Acquisitorem, quia quilibet acquisitor de rebus per se ipsum acquisitis libere disponere potest. l.a ad 5. & 57. Non autem de aliis sine rationabili Causa l. 123. 48.

§. 12.

Omnes & singuli, qui contrahendo semel obligare possunt, nec specialiter prohibentur, possunt quotlibet Bona sua, quorum Dominium habent rationabili de Causa Jure hypothecario vendere, & contrahere l.a ad 82. & 60. 1635. 96. 1655. 52. Excepto Bonis Majoratus, seu Fidei commissis, cui gravamen multo citius ab alienabilibus 1687 g. Confirm per 48. 1723.

§. 13.

Quatibet Bona erant Avitica haereditaria, sive Dotatione Regia collata, seu aliter acquisita possunt eum & vendi Jure peremptali ex Causis l.a 2.a 3.a fr. de libro servitis l.a ad 69. 2.a Pro redemptione Capitis, dum quis ad extentam Capitalem condemnatus extitit l.a ad 39. 3.a Pro redemptione sui ex hostili Captivitate. Ibid. minora etiam portione Filiorum, & Filiarum majorarum, si propria non sufficerent Ibid. 4.o Alias etiam rationabilibus & manifestis de Causis pura, ut pretio bonum alia hypothecata redimantur, vel Dos, Regia paraphernales, aut sua avantalitia exsolvi possint, vel Aedificia necessaria reparari, vel extrui possint. Ibidem refer ad Num. 10. Sup. §. 14.

Omnis, qui potest Bona peremptaliter vendere, emere, potest cum Clausula: Nullum Jus, nullamve Juris & Dominii Proprietatem pro se reservando &c. emere & vendere l.a ad 69. §. 15.

Non migrat vero cum Crimen Regio, consequenter nec Statutum l.

Empto, Venditio, si sit peremptalis, seu hypothecaria a primo Acquisitore facta, Liberam enim de acquisitis sua disponendi facultatem habet l.a 2.a & 57. 2.a Empto, Venditio, cuius hypothecario per quos cunque Jure tale emere, vendere non prohibito facta 1697. 126. quia tales Bona Liberi, sub privato Chirographis, & Sigillis mixto perfectum 1655. 52. Excepta ultima Deficientis Venditione, quae si peremptalis fuerit, Coronae Regio semper migrat, si vero hypothecaria, aut hypothecaria, nunc habentem dum Bona ultra communem aestimationem sunt vendita l.a ad 62 idque pro pretio, quia tabe modi defectus approbanti Personae immediatae Successori Fisco Regio adjudicatur, Jus gravitum jam habere in Bonis illius Ibidem. 2.a Peremptalis Venditio, qua Fratres Congenerationales pretio Jurium possessionariorum, pro casu defectus alienatorii, aut Sedens in alienatorum, aut eius haeredes devolvendorum l.a ad 63. & 64. quod etiam de Socoribus intelligendum. 2.a In redemptio, rem Capitis a sententia Capitali facta l.a ad 39. 3.a Propter libertatem Venditio, ex hostili Captivitate mota. Ibidem. Aliae rationes omnes & graves cunque Venditiones & Emptiones peremptales, quae cunque pretio mixta Regio Coronae per Consequens statutorum firmari debent. l.a ad 63. 65.

§. 16.

Hic proferendus Num. 19. in fine de Contractu extorto.

§. 17.

Retractari, & invalidari potest e contra omnis Empto, Venditio peremptalis 1.o simplex i. e. nulla rationabili de Causa facta l.a 239. 2.o Rationabilis. Dum Causa Venditionis erat quidem rationabilis, minus tamen, quam ad peremptalem Venditionem requisitum, & ideo haeredes Venditoris praejudicium evincere possunt. Ibid. & l.a ad 61. 3.o Qua Coronae Regio migrant, ea sine formata non sunt invalidari possunt ex parte Fisci Regii, non item ex parte haeredum. §. 18.

Potest emi & vendi non tantum res propria, sed etiam aliena cujus possessionem Venditor habet, & alienam esse Emptor ignorabat, idque propter Criterium l.a ad 74.

§. 19.

Empto & Venditio rerum publico Delicto comparatarum nulla est, quia impia est promissio, qua scelere contaminatur, & participeps scienter praedae fit participeps poenae 1596. 49.

§. 20.

Si unus vel plures Fratrum sine relictis Bona indivisa vendunt, Venditio & Empto rata non est. 1723. 27.

§. 21.

Actio ad Invadiacionem competit non venditori, qui is vale
& consentiens praejudicium allegare non potest, ideo contracta
cum proprium, agere non permittatur. Sed Haredi ejus Descend
si ex praejudicio, Collaterali vero ex neglecta Praemonitione, L
tit. 59. & 61. coram Foro Tabulari 1715. 28.

§. 22.

Emi & vend. possunt Bona grocung; praeter Convent.

§. 23.

Venditione perfecta Res cum periculum grogue, & commodum
vendita, redundat ad Emptorem.

§. 24.

Emptor eindem est Jure, cujus hic venditor Lege 156. cum
ca agendum, quam defendendum.

§. 25.

Res cum onere transit l.a tit 62. Hoc autem tam Late accipien
dum, quod non solum in puro Successionis statu, sed & in Cas
Venditionis, & Impignorationis Jus inde consistens. Sectem
reo generales quem libet Possessorem, cum onere committa
eranti res ad multas manus interim devenerit Bonorum Ex
sessor Haredis loco habetur Lege 117.

§. 26.

Emptor debet esse cautus, ut Venditor rem venditam ab om
obligatione & Oneribus Emptori liberam praestet, & in Serv
Evictionis addendum. Sunt namque multa Bona Oneribus
Luctionis Quarta Liticrum, Dotium Para Bonorum, aut ex
alijs obligationibus contractualibus obnoxia. Lege 137. Ut
auctore Judice comparuit Bonae fidei possessor est Lege
192.

§. 27.

In Vendicione ambiguum Pactum, contra Venditorem interpre
tandum.

§. 28.

Admonitio, quae necessaria est, in Venditione Bonorum, est be
nigna significatio Venditionis Bonorum l.a tit 68. Deque
Emptio, Successores, vel Jus Successionis habentes moneantur
neantur ante Venditionem Bonorum ipsa Venditio non valet
Ibidem: quia illi solum sunt admonendi, ad quos Successio Bo
norum spectat, Jure Filii, & Successores in eo solum casu ad
monentur, cum Bona venditioni exposita utcunque respectu
aequaliter concernunt. Ibid. Cui enim potest minus a Bona
te, multis rerum ignorantibus vel absentibus Lege 16. Quam
aliter pro celerando negotiantium & non secus quam Vicinis &
Commercanti agere permittuntur, sive excepto quod ante omn
Vicinos & Commercantes Jus praemptionis habent.

§. 29.

Bona neglecta Admonitione Judicia vendita, Successor admo
nitus in Curia Regia, communi aestimatione recuperat, & non

in Comi

in Comitatu cum totali summa, ex eo, quod Comitatus non habet auctorita
tem Licitas & Summam minuendi. Ritus. II. qu. 5. Legitime vero admo
nitus & non emens deposita pretia cum summa in Licito Facti rationis
specificata, aut perenctat aestimatione Bonorum Venditor recuperabit.

§. 30.

In Casu extremae necessitatis, quo in gratia Capitalis Sententia convic
tus Caput redimere, aut ex Captivitate Hostili eligere valeret
nulla admonitio requiritur, sed Venditor in tali Casu, quibus &
in grauia summa potest Liberè abalienare. Ritus II. qu. 5.

§. 31.

Prohibentur a Lege vendere l.a Jus defectum aetatis & Conviti pas
sunctus, ut Impubes l.a tit 126. & Furiosi l.a tit 63. & Leg. 6. Rubr.
la in Capitulis l.a tit 90. & Prodigus Instit. L. 2. Cap. 12. & Profu
bentur quo propter defectum Decoctatio, ut Furiosi, qui Bona Pupil
lorum vendere negotiare ausi tit 99. 1633. Item Decalvitus Bona per al
dem Jure Tutelario possessa 25. 1633. Item Ruvercus in Fortuito Do
mini nihil praeter mercedem Laborum l.a tit 80 Ecclesiastici de
Bonis Ecclesiae 10. 1557. Pater & Frater in praejudicium Filiorum, &
Fratrum Bona Avitica, excepto casu supra deducto l.a tit 59.

Aestimatio Bonorum est duplex: Communis & Peremptoria l.a
tit 100.

§. 32.

Venditor tenetur praestare rem venditam tradere.

§. 33.

Lites emi non posse, ita est intelligendum: quod Emptor eas non
sua, sed Venditoris nomine prosequitur, & solum vocatur Venditor
l.a tit 71.

§. 34.

Emptor debet esse cautus, nam prout Literae formabit, ita Bona
cum Successionem habebit. l.a tit 71.

§. 35.

Emptor si capit Uxori placere per Bona hereditaria, potest Ma
men illius in Literis Emptionalibus l.a tit 102.

§. 36.

Emptor Bonorum per Impetitorem in Litem attractus, Venditorem
in defensionem Causae ante decisionem Litis evocare tenetur; a Litis
ab onere expeditorie Cautionis liberabitur.

Caput LXI.

De Fassione perennali, & ubi celebratur.

§. 1.

Fassio peremptoria est, coram Personis auctoritate voce facta dis
positio super Bonis alicui Jure perennali gravitercunque colla
tis.

§. 2.

Celebratur coram Ordinario Regni Judicibus, aliisque Locorum auctori
tatis, vel Capitulo, & Conventibus sub Sigillo Eorum authentico l.a tit 13.

prout

prout videbitur coram Palatino Regni, Judice Curiæ Regiæ & Personato præsentia Regia Locumtenente, vel coram vicegerente libris scilicet Protonotariis Tit. 10. gr. 15. tam intra quam extra Regnum Constitutis 1729. 24 prout & coram Cancellaria Regia Loca Hungarica, si gremio reperiri contigerit.

§ 3.

Factiones subsigillis privatis celebratæ, quocunque tandem tempore confectæ hypothecam sapiunt II^a ad B. 1423. 47

§ 4.

Factione cautione peremptoria exuente non subsistit petitum a diversorum post Inhibitionem extractorum

§ 5.

Factio Juris peremptorii & Introducendi coram duobus Consiliariis aut coram Judice & Jurato celebratur cautione quorumcunque Bonorum Mobilium & Immobilium Civilium in Tribunalibus eorum existentium, nec valet talis Factio, si coram Judicibus Regni Ordinariis celebretur B^a ad B.

§ 6.

Factio in persona Clientis per Procuratorem facta, cum onere Sacramenti gravis ponderis revocare potest. 2^a ad St. in Locis absentium, coram Judicibus Regni Ordinariis aut Capitulo vel Conventibus B^a ad B. exceptis Civitatibus. B^a ad B. & Comitatibus 1723. 39. Et talis Factio facta Revocatione ipso Jure nulla est.

§ 7.

Factio Testium obscura, dubia & incerta non valet.

§ 8.

Factiones, quæ egerant Consensu Regio, quæ non, & per Congregationem Statutione inde Tit. de Emptione Venditione Num. 15 & Regio Item Tit. de Statutione Item de Consensu Regio. Item De Factione Testamentaria, gratiter possit extra Regnum celebrari, de Bonis in Hungaria sabitis vid Tit. De Testamento.

§ 9.

Factiones sunt aut revocabiles aut irrevocabiles. Revocabiles sunt, quæ revocari et revocari possunt, ut de Pupillari, Scio Juramento, vel Juramento &c. I^a ad 126. & 56. C^a si per Procuratorem celebratur sive Peremptorio sive Impignoratitio Titulo II^a ad 37. B^a si per Errorem Legis 116. 7^a si impossibiliter Legi 135. 5^a si in ante Matrimonium & Libertatem 6^a si revocata fuit. 7^a si coram incompetente Judice L. B ad 13. 8^a Absente adversario 2^a ad 17. 9^a si fuit infra ætatem perfectam L. I^a ad 128. 10. si per adoptivum fuit Hæredem existentem 11. si in præjudicium Hæredum Trat. II^a ad B. 12. Si Juramentum invitæ, vel coacta Stat. III 26. 1542. 70. 1552. 17. 1687. 13. 14to si cum Clausula de cujus, vel quorum mortis, expediantur D. Tit. 16. per Bullam facta. I^a ad 91. Non revocatæ sunt Factiones. 15. I^a Scienter, absque Juramento vel alia

re Donis per illam acquisitis vel commutatis, retatur. I^a ad 62. 2^a si ex Donis Litigiosis per Concordiam particula alicui datur. B^a In Judicio facta coram Tribunali Ulad. V. 15. 4^a Ob evidentem recessitatem facta, nisi per Consensum Regio egerit. I^a ad 39.

§ 10.

Factiones inter Fratres Condivisionales aut Congeneracionales, Statutione non egent. Inter Extraneos tamen celebratæ, Statutione gravari debent. L. I^a ad 62. §. 11.

Factiones per unicam & singularem defectuique appropinquantem personam, semper Consensu Regio, & Supremi Scabinalis Statutione indigent L. I^a ad 63. Limitatus per Artic. 26. 1715.

§ 12.

Factiones ab Anno 1604. ad Annum 1608. valent coram Sedentario Judicibus facta Ann. 1608. 15.

§ 13.

Factiones auctenticæ disputantur coram Tabula Regia: Subscriptis vero Sigillo celebratæ eriam coram Comitatu 1723. 97.

§ 14.

Factio non roborata valida habetur I^a ad 62.

§ 15.

Factiones peremptoriales non auctenticatæ invalidantur L. 2. ad 13.

§ 16.

Factiones revocantur intra Revolutionem Anni, post eam vero usque roborantur, & sic Consensum in Rem. I^a ad 62. 10. excepto Thesis, quæ post aupni traditionem, intra Annum possunt contradicere I^a ad III & Orphanis, qui vigore Revisionalium infra & usque Et. extra Annum Factiones peremptoriales retractare possunt.

§ 17.

Ad evitandas Facentium Idiotarum Circumventiones, Factiones Sigillo ipsis ignoto confirmatæ, tempore Celebrationis iisdem Verbula longa prælegantur, Circumstantialiter explanentur, & per partes proprio Ore Ministerio exponi ratificentur, secus ad instar invitarum Factionum in Judicio ipso Item, & Jure pro nullis habentur. B 1687.

Caput LXII

De Factione Pignoratitia, & ubi celebratur. Item De ipso Pignore

§ 1.

Factio Pignoratitia est Dispositio super Domo alicui Juris redemptibili, & ad certum tantum tempus collatio

§ 2.

Factio Pignoratitia olim quidem erant ibi celebrabatur ubi Peremptoria, verum modo sub privato erant Sigillo confecta coram Judicio valent. 1655. 52. § 3.

Pigno

Pignus derivatur a pugno, quod res, quæ pignori datur Pugno s
eam tradatur

§. 4.

Pignus & Hypotheca diversa sunt, cum ejus pignus intervenit rei a
traditur, & negotio inde contracto, neque verbis aut scripto aliq rei
bitione constituitur, Hypotheca vero sola Conventione perficitur, h
quod materia Pignoris sint tantum res mobiles, Hypotheca vero
mobiles, atque immobiles, dein, quia in Hypotheca res non tra
ſe ut §. 1. Pignus vero in securitatem Debiti traditur

§. 5.

Pignus est Contractus re initus, quo res traditur Creditori in
curitatem Debiti. Dicitur 1° Re initus, quia ut jam dictum, s
ne traditione rei non oritur. 2° Res nempe propria Debitoris
Jus in se transferatur, quod modi Dominus rei facere potest. Qui
Traditur, cum sine traditione rei constitui non possit, differque ta
Liter a Hypotheca 4° In securitatem Debiti, quibus verbis ab alio
Contractibus re initis differt. §. 6.

Effectus Pignoris est, quod actio non tribuat Debitori ejusque h
redibus, contra Creditorem, Debito integrè persoluto, ut res pigno
rata restituatur. Integrè dicitur, quia Debito non ex integro s
luto, pignus non liberatur, quia totum fuit in securitatem totius

§. 7.

Si Creditor ex re pignorata fructus perceperit, in sortem Debiti
debent computari, si nempe fructus illi sine consumpti, quia eos per
usum deteriorari, & quia data tantum in securitatem & Debi
tor mansit rei Dominus, & quia usuram efficeret, si cum pretio
solveretur, cum usum pignoris acciperet. l. 15. §. 1. Si vero fructus
percepti existant deducitur pignoratitia una cum pignore sine ac
pecendi §. 8.

De dolo, culpa & casu, si pignus perierit a Creditore, idem ob
tinendum, quod de Commodato ad Depositum dictum præcedit.

§. 9.

Actio pignoris sequitur eiam quoad Forum, Judicatum, & Appel
lationem naturam & formam Actionis Debiti, cum solutus Jure
concedatur, & resolutio Jure acquirentis, pignus efficiat debitum re
stituendi, vel si actum sit ut liberi non possit, equivalens recompen

§. 10.

Pignus pro Hypotheca acceptum, est ex pacto Impignorantis Domi
proprii, necessitate cogente pro certo pretio temporario ad usum
dum alteri concessio, ex pacto rei recipientis seu Creditoris, ut
Jure habeat, cum fructuum perceptione, & Capitalis summæ stipu
pitione temporalis deterioris §. 11.

Dicitur Pignus sive Hypotheca Bonum illud, quod in & pro certa

summa pecuniaria vel numerata, vel ob aliquam causam inscripta, al
teri sub redempcibili pure, in diem, vel sub conditione ea lege obligatum,
venditum, & traditum est, ut usque depositionem interea summæ Domi
nium utile alteri habeat, deposita vero tempore debito summa impigno
ti, rei hæredibus remitatur teneatur.

§. 12.

Plus Cautionis in re quam in persona Legis 25. & nulla Cautio sed
dit Creditorem securiorem quam Pignoris actio. Data fides mortua fal
lere potest.

§. 13.

Pignus Conventionale est, quod pactis Contrahentes ex mutuo con
sensu constituunt. Ubi notandum, quod qui pignus accipit, alteri o
bligari non prohibetur.

§. 14.

Pignus Judiciale est, quod in Executionem Sententiæ auctoritate
Judicis constituitur, mittendo Creditorem in possessionem Bonorum
Debitoris, donec eidem satisfactum fuerit. Cautius tamen est Actori
Bona in Executionem demonstrata cum Petitione petere sibi adjudicari,
& assignari.

§. 15.

Tacitum seu Legitimum pignus est, quod neque Judicis auctorita
te, neque Pactum Conventione; sed Legis dispositione constituitur.
Dicitur tacita Hypotheca. Ita Uxor tacitam Hypothecam habet in Bo
nis Mariti, usque ad restitutionem Dotis

§. 16.

Quæ res vendi possunt, eæ etiam impignorari permittuntur.

§. 17.

Admonitio perinde, et sub iisdem rationibus debet præcedere Im
pignorationem, sicuti Venditionem perennalem L. 1ma ff. de Pignor. ac
quin vigore Pigno Titul. ad Conditiones Impignorationis observan
das non obligatur. Usus contrarium probet

§. 18.

Præscriptio nunquam currit in Bonis Impignoratitiis L. 1ma ff.
sicut neque Litis superinde motio aut Processus Judiciarij ad
mittunt Præscriptionem, cum proprie Reo possessionaria una
turalia Principia negantur Lib. 5 Cap. 4 qui 21.

§. 19.

Impignoratio non infringet Statutum 1677. p. 28. Dona Dona impi
gnorata inter res Mobiles computantur Libr. 2 L. 1ma ff. 102.
possint tamen in hæreditates converti l. 1ma ff. 82 & 102.

§. 20.

Tanto magis antiqua Lucra Impignoratitia tempus Præscriptio
nis transcendentes, & extra usum Bonorum inveniri, nec Libros ter
minatos, nisi de violenta Bonorum revocatione, probabile Do
cumentum producatur, contragere eadem nemo tenetur decedens
præsertim deficiente Impignoratore Privilegium ex libero, nisi
modo præsto probetur sub Impignorationis, de manibus pro
Non

sorio violenter occupatum fuisse L. 1ª ff. 82.

§ 21.

Impignoratio Litis intermedio facta non valet L. 2ª ff. 86

§ 22.

Impignoratio non excludit Bonorum proprietatem L. 2ª ff. 22.
Hinc Haeredes & Successores Impignorantis, si Bona & Jura Impignoratitia ad manus alienas Tertii Dominii devenisse potuerunt
comprobare, tunc Possessorem talium Bonorum, nulla obstare Prae-
scriptione, etiamsi interea temporis nomine Juris Regii impetra-
set, remittere tenetur, ad Jus impetratum extra Dominium Juris pa-
scitur. L. 1ª ff. 82.

§ 23.

In Processibus Liquidorum Debitorum impignoratorum Locus
magis datur Literalibus Documentis, quam humano Testimonio
L. 1624 Humani tamen Testimonii usus & non ultra 20. Aureos
L. 1ª ff. 82.

§ 24.

Admonitiones ad levandam pecuniam, & remittenda Bona Impi-
gnoratitia, personaliter aut de Domo habitationis, aut e Solita
Residentia fieri possunt. Evocatio autem post Admonitionem non
personaliter, sed de Jurisdictione Possessionatis Populosis, aut impig-
noratio fieri debet, nam alioquin si possessor personaliter, aute Do-
mo habitationis, seu Solita Residentia evocatus fuerit, Actor in Bona
pignoratitia contra Evocatum convincitur. Si tamen Sobagione Carnerii, etiam
de Curia sua Nobilitari, seu Solita Residentia foc est, per Familia-
res Domesticos admoneri pariter & evocari potest. L. 2ª ff. 21.

§ 25.

Ad praviam autem admonitionem, i. e. legitimè requisitam Stat.
VI. 25. non remittens Bona Impignoratitia facta Evocatione, hinc
pecunia remittere cogitur, & insuper in tanta pecuniarum summa
convincitur, in quanta Bona erant obligata Fisco & Stat. l. 65. pro-
missa tamen poena ad Extraneam solum Filiorum & Fratrum ad
quos Successio Bonorum spectare dignoratur, sicut Subrogii L. 2ª
ff. 29. Imo etiam Comitatibus, si sufficientem rationem aut
Juri Conventionem L. 2ª ff. 71. non Relationis Summae, & Bono-
rum remissionis dare negligerint, amittunt pecuniam soli A.
Accentem 29. 1636.

§ 26.

Causas Bonorum Impignoratitiorum Comitatus adjudicatus
quo & non ultra summam ff. 100. Stat. 2 art. 7. 1615. & Tandem
anno 93. 1625. usque ad Summam 600. ff. sicut & Liquida Debita anno
vero 91. 1629. usq; ad ff. 1200 anno demum 32. 1651. usq; ad summam
6000. ff. per annum 28. 1715. ad ff. 12000. Jam ad indefinitam 1729.
35.

§ 27.

Homines eiam foeminei sexus & hinc redimere possunt Bo-
na Impignorata, respectiva summa depositione L. 1ª ff. 60

§ 25.

Bona

Bona Impignoratitia, utrique sexui deserviunt, etiamsi Femineus
xus seu utroque sexu Haeredum, in Stirpes obligatorio, & impigno-
ratitius non contineatur, & aequaliter inter Conjugem Filios, Filiasque
ac Fratres indivisos instar aliarum rerum Mobilium dividantur.
L. 1ª ff. 102.

§ 29.

Bona Impignoratitia ultra Communem aestimationem impigno-
rati, vili ultra negotiant. L. 1ª ff. 63.

§ 30.

Impignorationes sub Conditionibus justis & necessariis firmi
sunt. 48. 1723.

Caput LXIII
De Cambio

§ 1.

Cambium Concambium, seu permutatio rerum late acceptatis,
significat, quam libet commutationem, & Contractum, quo res aliqua
datur, pro re aliqua alterna Stricte sumptum denotat permuta-
tionem Bonorum, seu rerum tantum immobilium, pro re pariter
immobili. L. 2ª ff. 70.

§ 2.

Cambiatio permutatio late sumpta adscribitur Juri Rentium, Sti-
cto vero accepta, quoad substantiam esse pariter Juris Rentium,
quoad formam tamen Juris Civilis, quia hoc Jure restricta esse ad res
immobiles

§ 3.

Late adhuc sumptum Cambium est Contractus realis, quo res ali-
qua Lege datur, ut vicissim alia detur, Stricte vero accepta
est pariter Contractus realis, quo res aliqua immobilis Lege da-
tur, ut vicissim, de aliqua re equivalenti immobili detur. Dicitur
sic 1º Realis, quia absq; intervento, & traditione rei talium ex ha-
ra parte non oritur Cambium, sed esse nudum Pactum. 2º Da-
tur, ad designandum, quod per Cambium non modo usus, sed e-
tiam Dominium transferatur. 3º ut vicissim detur res a-
lia, per quod differt a Commodato, Depositio, Prejectione. 4º
Immobilis, qua Materia Cambii Stricte sumpti, hinc sola restri-
mobilis, per quod differt a Mutuo, Indebito, Solutione, Logno-
to, & Emptione Venditione. 5º Aequivalens tractura enim Cam-
bii exigit, & etiam L. 2ª ff. 73. ut aequivalens reddatur; vel in Cor-
pore tali, vel superaddita alia re, aut pecunia

§ 4.

Late igitur sumendo Cambiari possunt, qualibet res, Stricte
vero sola immobiles, utroque sensu tales, quo in Commercio Huma-
no sunt, etiam Avitica Bona Hereditaria, quo alias excepto
paucis Casibus in Tract de Venditione declaratis, Jure Haeredi-
tario venditi prohibentur L. 1ª ff. 59. non obstante quocumvis Pa-
re-

rerum & Successorum Contradictione tam Iure Hypothecario, quã
perennali. l.a ff. 70. 73.

§. 5.

Cambiare autem possunt omnes possessionati, ac tales, quorum
trahere posse Supradictum in Tab. De Contractu, dum & quando sibi
utile & profiguum judicaverint. l.a ff. 70.

§. 6.

Cambiatio Permutatio alia dicitur vera, alia fraudulenta. Vera
est: dum Bona Iuxagro Possessionaria duo vel plures pares
sibi invicem vicissim commutant, & in alterutrum mutuo transfe-
runt. l.a ff. 70. Fraudulenta seu Simulata est, dum quis alienat
sua Bona alteri vendit, ac alienat, & Literis Contractus libro
titulum ac colorem Cambiatio permutationis assingit, ut tali
taliter Successoren Rum. exhaerdare possit ac defraudare l.a ff. 71.

Recvalet ista §. 7

Effectus Cambii fraudulenti est, quod postquam innotuerit Actione
Fratrum & cæram Sororum, cum Bona tali Liter alienata utcunque Satis
fecerint Fraus enim & dolus semper præsumitur. coram Jo-
ro Tabulari ad invalidationem motiuta rescindatur breviter, Bo-
na sic modo alienata iisdem communi cum tasta aestimatione
adhuc ante reddantur l.a ff. 71. Sta tamen, si quam primum innote-
rit, contradixerint intra Annum. l.a ff. 72. Quam si scierint ex adsig-
nata Juridica Exclamatione non fecerint, idem est, si alterum uti permise-
rint, nunc quo modo realis Conversio Loco habebitur Ibidem.

Concambiatio Permutatio Bonorum alia adhuc est Pura, dum
Bonum alicujus immobile datur pro Bono immobili simpliciter: alia
Mixta, dum scilicet pro Bono stigro datur aliud aquivalens mino-
ris & in Supplementum magnificatis certa pecunia Summa superadi-
tur. l.a ff. 73. §. 9.

Effectus Cambiatio permutationis tam puræ, quam mixtæ ve-
rè inita est. Prodit ex una parte jam alteri oradita fuerit,
tribunal Alterum impleri contra alterum Actione ad implemen-
tum Contractus coram Tabula Districtuali instituta. 1715. 28.
2.do Quod non obstante Contradictione Filiorum, Fratrum, & dum
Bona ulteriore Sexui deserviunt, eiam Filiarum ac Sororum, mate-
ri firma, & irrescindibilis l.a ff. 70. 3.tio Quod Cambiatum re-
tineat naturam Cambiati. 4.to Quod non præscripta Erictione, sam-
biatum in specie sic recipiendum, sit coram, sicuti grauatate, fru-
ctus tare, & valore aquivalens. l.a ff. 74.

§. 10

Cambium pecunia superadicta semper recipiat naturam ve-
rum l.a ff. 73. respice Num. 13. §. 11.

Causa ad

causa ad implementum Cambii instituta, ad Tabulam Regiam intra Do-
minium sunt appellabiles ex Tabula Districtuali 1729. 28.

§. 12.

In Bonis Concambiatio evocatur eiectus l.a ff. 72. Si autem Ejec-
tus vincere negrit, aut concambiata revertuit, aut alia aquivalentia Bo-
na Alterum non teneatur aliud dare Dator Simile ff. 76.

§. 13.

Quamvis pecunia datur, non concernit Jus Feminæum si Bonis
cambiata, antea utrique Sexui non deserviebat. l.a ff. 73 aut si in
Literis non expresserint, tunc Successio ad Fiscum Regium devol-
vitur & indiget Conversione Regia l.a ff. 62 64.

§. 14.

Inventum est Concambium 1.o Propter quietiorem Regnicolarum sta-
tum. 2.do Propter majorem & uberiorem Fructum. 3.tio Propter pro-
pinquitatem Bonorum. 4.to Propter parentiorum vicinitatis evita-
tem 5.to ob perpetuam Litium evitationem, quæ quandoque & quidem
sæpe ex diversorum Dominorum inter se non convenientium Ca-
sibatronibus evenire solet l.a ff. 70.

§. 15.

Cambium Fratribus præjudiciosum non valet l.a ff. 70. 71.

§. 16.

Cambium non roboratum revocari non potest l.a ff. 72. & 74.

Caput LXIV
De Evictione

§. 1.

Evictio est expeditoria Cautio, qua legitimi Bonorum Acquisi-
tores in Dominio eorundem contra Legitimos Impetitores, per Fa-
tores in Domino eorundem contra Legitimos Impetitores, per Fa-
tentes aut eorum Successores tuentur

§. 2.

Screndum est Obligationem evincendi triplicitèr cavisci, & exa-
vici l.a & Contractu idque dupliciter 1.o Dum expresse adhibetur
Evictio. 2.o Cum nulla Evictionis fit mentio. Priori modo erata de-
finitur l.a ff. 74. quod sit promissio contra Legitimos Impetitores
alterum in Possessione Bonorum defendendi, & conservandi,
& vocatur Expeditoria Cautio. Dicitur: Contra Legitimos Impetit
tores id est, contra illos qui Processu suis agunt, non item qui
via facti, potentia mediante, qua solum contra illos tenentur &
l.a ff. 75. Posteriori modo est Obligatio contra Legitimos Im-
petitores alterum, quem scilicet sub tranlatum concernit in Bo-
norum defendendi & conservandi. In priori igitur
dicitur promissio, qua Contractu aliter apponi solet, in
posteriori nuncupatur Obligatio, qua non est promissio, sed ex
dispositione Legis dependet, Licet a Contractu non exprimatur
surgat Obligatio evincendi. 3.o Datur ex Natura rei. ff. Desi-
positione Legis. Ulteriore Jure Convenit posteriori definitio,
quod sit Obligatio evincendi.

§. 3.tio

§. 3.

Reus Iure convenerus Sabero Victorem, etiamsi forsvicinus suis debere, consuetus esse, ne illum ad se vincendum citare curet, quia nemo non citatus convinci potest l.a ff. g. Et dubius est Lius erat l.a 21

§. 4.

Citatio autem Victoris quando motivi debeat, considerari debet, quia terminum Reus sit citatus. Si ita ut Terminus sibi per Iudicem prafixus, Victoris quoque & Reus Sabere speret, citati curet. Terminus sibi prafixus ad id sufficiens esse, nec impediatur Legitime, quia id facere possit, cuius omissio perspecta sui Citationis status, citatio, quia Processus non prolongare, sed accelerare l.a 23. 30. alias partim Leges prascribunt. Si vero Citatio nulla imposita conditione Victoris obligatione facta stetit, Terminus tamen ad citandum sufficiens competens, possit motivi nec omitti. Termino autem brevi existente nec volente possit motivere, nisi per Iudicem in alium competentem extendi curaret.

§. 5.

Reus cum suo Victore negotia Actoris pro una Persona facili habentur.

§. 6

Finis Victoriae est, ut servetur emptor indemnis. Quod fieri non possit, opponit l.a 11 Ut res alienata sit vendita. 2.a Ut Emptor re ob non evictionem careat. l.a 6. ff. 11. 2.a 56

§. 7.

Effectus Victoriae est, ut Emptor non evictus consequatur id a debitu Victo pretium, & propterea quanti interesse venditoris non esse possit l.a 74 si alias in venditione conventum non fuit, quod evicto re posito non praestanda a Venditorem praestare oporteat, quanti Victoriam standum Ulp. l.a 38. §. 8.

Victor tenetur ad pretium, quod fuit tempore venditionis

§. 9.

Victus non valens solvere tenetur, quidquid exinde adeo interesse est.

§. 10.

Victus cessat 1.o Si rectum jure impetratur Emptor, cum rectum jure impetratur Emptor cum rectum habeat, quod conquiratur, quia em pacifice possidet, nisi venditor victus alienam vendiderit bona fide, tum enim potest neutiquam agere ex empto Emptor & si Emptor convenit, ne Venditor praestet Victoriam, quia bona fide, quod gravatur, nisi contra se 2.o si Emptor alienum scierit emerit, & ab Victione nisi convenerit, sibi enim imputet, quod gravari debeat esse alienam, evinci posse non advertenter, aut non curaverit. Restituere tamen tenetur Venditor pretium 2.o si res erat prohibita alienari, Emptor non ignarus: ne bonum abdicationem spectare. 3.o Si Emptor impetitus non curavit citare Venditorem ad se evincendum, hic tempore in causa l.a 25. & Cessat Victus pretio, & si quod aliud interesse procedit per Reum

Oblatus

solare, si illud Emptor sine Legitima causa levare recusavit. 2.o Cessat: Dum Iure praemonitus, quis Emptorem impetit, cum non deo advocatus ab Emptore, quod adhuc esse, sed quod contumacior, ne res in statu mitra maneat, & victor, ne annua dilatione procuretur Iustum, principale praefer alienatus Emptori, & etiam praedemissorem cognatum ac motivi, quia & successio tacito provenit esse l.a 66. 2.o cum ex generaliter cum appurtenentiis ad eam de Iure spectantibus venditur, & impetitio tantum sit in particula.

§. 11.

Donatarius etiam tenetur de re donata ad evincendum cum Donatio sit Liberalitas

§. 12.

Victione practica, non tenetur Victor expensas evicti refundere l.a 10. 11. quia Injuria contigit per eum, Emptori, qui licenter movit, quia Victori minime imputanda est. Et quia Contracta Emptione omne Commodum & incommodum, ad Emptorem spectat, ut quid casu, vel facto alieno dispendii datum sit a venditore non evicto ei refundendum.

§. 13.

Victor regi debet, & tenetur forum rei evincendi l. 2.a ff. 52.

§. 14

Si res vendita ante Litem contestatam perierit, Victionis Locus non est, quia res regulariter suo Domino perit, secus est, si Lis pendente, seu Lite contestata perit, quia re taliter perempta, non est dominio Lis peremta l.a 10. ff. & quia Litis praetio rendi non potest

§. 15.

Victionis non est Locus ratione Hypothecae dum ad armis frenem sum, sed procedit, nec facto Victionis succumbenti, quia omnis Victio intelligenda est, quoad suus quisque Locum; Jus autem quasi Locum in proposito non est pecuniarium, quod oblatum fuit, & recessit ab evincendi praesupponit impetitionem in via Iuris l.a 74. 75. sed respectu Iuris pecuniarii impetitio nulla est directa, quia ille ad levandum offerebatur, verum impetitio est facti, nempe non Iudicio illius proprii.

§. 16

Negotia Vocatione ad evincendum Victor ab omne Victionis absolvitur l.a 75.

§. 17.

Victor evincendum contra Dominum evincere non tenetur l.a 75.

§. 18.

Causa Victionis in primo Termino, ubi Principalis causa Lis, ita fuerit, & determinari debet secundum Tit. 15. l.a 11. gratiosa, quae fuerit Vocatio, sive Innominata vocatio, sive simplex Victionis.

§. 19

Victionis Clausula semper ad Evictionem, & non ad Venditionem fertur. l.a 77.

§. 20.

Victores etiam Iure alio modo v. gr. si Reus in facto Litteratum instrumento contigere Litteratum, jurare non potest, quia Victor

Victus

Orieve in Dorio illis Super grocum Liceras non jurat L. 2. ad 34. Si conjuratori penes Nobilem officiatur per Accebrem, illum exsigno bi libr & contrarium conjuratore non probet in facto Liceras, fit Reus in illis Dorio Orieve. Probans vero probabili Documento in homag. Conjuratorio eo facto Convincitur & aggravatur L. 2. ad 36.

Orieves via Novi vocari possunt. 1659 35. evocari oreglecti.

Orieves Conjuratos regulat. L. 22. 1. ad 74. 76.

Religiosi vide in Titulo de Orieve. Membri II. Cap. XIX.

Caput LXV
De Decimis

